12 11

PRO
REGIO DVCALI
Status Mediol. Oeconomatu,

Facti informatio, Iurisq; Allegationes
Marci Antonij Montij Regij
primum Fisci Aduocati,
Mox in eo Statu Mediolani
Senatoris.

SVMMARIVM Facti in causa Oeconomatus Regij.



DVCALIS Oeconomatus Mediolanensi in Ducatu initij nulla extat memoria: antiquissimum proindè munus fuerit, necesse est, & longè non tam hominum quàm annalium memoriam excedens. Bella, quibus tam grauiter vastata hæc Prouincia, crebræ Dominorum mutationes, ipsa etiam Archiuij incendia antiqua monumenta subtraxerunt.

Mediolani Duces Vicecomites edicta *de beneficijs non impetrãdis sine eorum conscientia, & licentia* publicarunt non reclamantibus Ecclesiasticis.

1382 Io. Galeaz decretum tale edidit 14. Augusti 1382. pænis ét *affinibus proximioribus impetrantium, dantibus auxilium* impo-
1385 sitis. Quod mox renouatum 11. Aprilis 1385. 28. eiusdẽ mensis à I. C. Bartholameo Anguissola tunc Comi Prætore Reuerendissimo Bernardo Borsano Comi Episcopo fuit intimatum.

1386 Eiusdem Io. Galeatij extat proclama 3. Augusti 1386. renouatum 26. Septembris eiusdem anni. Decretum in hac materia factum confirmans, vetansque *ad possessionem beneficij admitti*. Quod etiam nunc legitur lib. 6. cap. 48. stat. Pontremuli.

1395 Renouata mox priora fuere decreto 4. Iulij 1395. addita pæna *indignationis Principis*. Prætoribus hæc decreta directa fuere, qui ea promulgari curarunt.

Viguisse hæc vsque ad Frãcisci Sfortiæ tempora, argumento est certissimo, Mediolanensium petitio in capitulis cũ eo
1449 initis anno 1449. dum ad Dominiũ admitteretur. Capu enim 16. cõtinet petitionem, vt possint sine Ducis, & successorum eius licentia impetrari beneficia à Summo Pontifice, & alio quocunque Prælato. Negauit Sfortia, respectu excedentium summam redditus annui ducatorum 60.

horum enim voluit licentiam postulari, *more solito*; respectu aliorum licentiam peti non curare se, respondit.

Nicolai deinde V. Summi Pontificis Priuilegio Calen. Apri-
1450 lis 1450. ad Papæ beneplacitum cõcesso, Sfortia impetrauit ius nominationis omnium beneficiorum Sũmo Pontifici reseruatorum, siue *electiua essent, siue collatiua*. Rationes petionis, & concessionis fuere. Regionis qualitas, populorum quies, Domini temporalis securitas, incommoda ex Ecclesiasticorum personis secuta, & Principis suspicio, ne similiter sequerentur.

Ioann. Episcopum Papiæ electum sine eius assensu mox Sfortia recusauit diù admittere. Admisit postea in Pontificis gratiam, qui Pontificio diplomatè 24. Iunij 1450. Sfortiæ magnas habere gratias professus est, & ex hac re ei plurimum esse obnoxium, & in talibus rebus in posterum fore cautiorem, & occurrente vacatione similium dignitatum supersessurum, nec prouisurum, nisi prius cognita eius voluntate, cum qua curabit semper esse concors; malè libenter (verba sunt ipsius Bullæ) & quodamnodo inuitum fecisse, quia eius non aderat assensus; certamq; esse vult Excell. Suam, ꝙ in posterum tale inconueniens non occurret.

1469 Galeaz Sfortia 1469. 12. Iunij. Promulgari edictum iussit, renuōans decreta Ducum Vicecomitum, & Francisci Sfortiæ eius patris, vetans cuiquam in dominio suo impetrare beneficium aliquod Ecclesiasticum, vel expectatiuam, sine licentia eius speciali in scriptis, prohibensque electionem, collationem, renunciationem, permutationem, aut executionem expectatiuæ, aut apprehensionem aliquam, aut nouitatem in beneficijs sine eius licentia, sub pænis dictorum decretorum. Testaturque nolle libertati Ecclesiasticæ, aut Summi Pontificis iurisdictioni derogare in minima re, nec alijs Prælatis, ad quos collatio spectat, sed solũ id se curare, *Vt in commodum subditorum beneficia conferantur personis dignis, & sufficientibus; & pro sui Status conseruatione, personis sibi gratis, & versus eius Statum benè affectis*. Vacantibus beneficijs testatus, se scripturum Sanctissimo, & officiosè commendaturum eidem, alijsq; Prælatis quascũ-

que

que dignas personas ad se confugientes; *& prouisis curatu-rum dari pacificam, & quietam possessionem beneficiorum*. Directæ Ducis litteræ sunt Commissario Locumtenenti Prætori, & Referendarijs Cremonæ. *Necnon Vener. Don Guglielmo de Lizarijs Oeconomo nostris* ibidem dilectissimis.

Don Gulielm de Lizarijs Oe nomus Ducalis

Antiquior, quæ extet, hæc mentio Oeconomij Ducalis est.

Mediolanenses Duces placita ipsos concessisse, argumento est, quod adhuc extat, Placitum Bonæ, & Io. Galeaz Mariæ
1480 Sfortiæ Vicecomitis Mediol. Ducis, concessum Don Iacobino de Iudicibus Canonico Regulari Abbatiæ S. Petri in Cœlo Aureo, sibi de vitæ, & morum honestate commendato, cui collatus fuerat Prioratus S. Petri della Vena Diœcesis Cremonensis, membrū dictæ Abbatiæ S. Petri in Cœlo Aureo Papiæ à Reu. D. Ioanne Antonio de Buxero Prothonotario Apostolico L. T. Reuerendiss. Cardinalis S. Georgij Abbatis, & Commendatarij perpetui dictæ Abbatiæ. Dat. Mediol. 29. Iulij 1480. In angulo signat. Christophorus, cum sigillo magno Ducum.

Ludouicus Sfortia eiusdem decreti tenorem seruauit semper,
1498 & inter eius decreta anni 1498. quæ, & in Archiuio Ciuitatis Comi, & in libris veterum Decretorum reperiuntur, sanxit, duos eligendos Consiliarios, qui curam haberent, rerum beneficiariarum, & preces reciperent Principi porrectas, & sumerent informationes de prætendentibus beneficia, an essent simplices clerici, an in sacris, cuius ætatis, vitæ, morum, & qualitatis essent, & Principi referrent, an eorum petitio esset admittenda.

Huius iuris, quod circa beneficia Ludouicus Sfortia exercuit, meminit Belcarius Metensis Episcopus in commentar. Rerum Gallicarum lib. 10. num. 23. in anno 1505. fol. mihi 293. per hæc verba. *Vicissim Iulius syngrapham, siue id diploma, quod Breue vocant, de Occitano, Baiocensiq; Pontificibus in Cardinalium cœtum cooptandis, Ludouico dedit, & vt Mediolanensis Ducatus sacerdotijs, eo* quo non ita dudum Ludouicus Sfort avsus erat, *iure, atq; auctoritate prouideret, concessit*.

Duo Senatores his causis beneficialibus deputati erāt. Extatq; decretum ipsius Ludouici Sfortiæ, vt Io. Andreas Cagnola,

& Antonius Stãga Senatores ad causas beneficiales à Principe deputati eis operam non darent, eo tempore, quo Senatus habebatur, sed tunc Senatui interessent, & postea beneficiales causas tractarent. 1498. 7. Septembris Senatus nomine Philippo Comite Secretario Principi id referente.

Gallos Reges, qui exacto Sfortia hoc Ducatu positi sunt, certum est, idem ius exercuisse.

Extat interinatio Senatus facta vltimo Iulij 1501. litterarum Regis Ludouici XII. datarũ Gratianopolis 24. Iunij 1501. sign. Robertet. deputationis specialis Magistri Andreæ de Aladio, & Leonelli Cauatiæ, ac Petri Groneti in Oeconomos Abbatiæ S. Bartholomei Ciuitatis Brixiæ, in qua mandatur Senatori Francisco Tauello Brixiæ Commissario, & Prætori, *nec non Petro Io. Angelo de Galerate Vni ex Oeconomis Generalibus*, vt eos admittãt, attẽta fideiussione per eos prestita.

[Petrus Io. Angelus Galarat. Oeconomus Regius.]

1505 Ludouicus XII. ad id Breue etiam Iulij II. impetrauit, vt mox ex Belcario relatum est, & idem fœdere cum eo postea inito

1509 1509. impetrauit rursus, vt ad nominationem suam Iulius Pontifex omnium suarum ditionum Pontifices eligeret; vt idem Belcarius notat. lib. 11. num. 23. versic. conuenit, pag. mihi 324.

[Bacilleri. Oeconomus Reg.]

Hoc anno Oeconomum Regium fuisse *Bacillerium*, de quo infra, testatur ordinatio Senatus, quæ extat 1509. 10. Decẽbris lata in causa possessoria in publica audientia beneficij Parochialis loci de Mernate inter Præsbyterum Ambrosiũ de Landriano electum in Parochum à vicinis, & Parochialibus dicti loci, & Gabrielem Ioannem de Pomeaglis Clericum Florentinum, qui dictum beneficium obtinuerat à Reuerendissimo Cardinali Papiensi tunc legato.

Extat adhuc authentica concessio per Ludouicum ad relationem Consilij (quo tũc nomine Senatus etiam appellabatur) Io. Baptistæ Buzio Clerico Mediolanensi, *vt posset Vti litteris Apostolicis, habereque possessionem* portionis Parochialis Ecclesiæ loci Vedani Sancti Pancratij sibi à R. Galdino de Buzijs cessæ, in qua legitur clausula *modo supplicans ipse ex sub-*

1510 *ditis dominio nostro existat*. Data Mediolani 24. Maij 1510.

Regni

Regni sui XIII. & alia eiusdem anni 3. Decemb. 1510. ad supplicationem Presbyteri Antonij de Castillioneis Papiensis facultatis concessio resignandi Ludouico de Rubeis eiusnepoti Canon. in Ecclesia Sanctæ Mariæ Plebis Cayri Papien. Diœc.

Extat etiam Deputatio Io. Iacobi Pallauicini, & Antonij de Castrofranco particularium Oeconomorum Abbatiæ Leni facta per Ludouicum. 12. tunc. Mediolani Ducem; data Gratianopolis. 24. Maij 1511. signat. Robertet. cum interinatione Senatus apud cuius acta, Secretarij nimirũ Iulij Cattanei, rectæ, & fidelis administrationis fideiussorem dederunt Antonium Mariam Pallauicinum secuta 25. Iunij 1511.

1511 Extat etiam ordinatio Senatus 8. Februarij 1511. Qua ad litteras magni Magistri, & supplicationẽ Io. Pauli Homodei in negotio Præpositurae Castri leonis, facta diligenti consideratione, attentis bullis Apostolicis, & litteris Regijs, Senatus censuit dictum Io. Paulum restituendum, seu manutenendum esse ad eam possessionem dicti beneficij, ad quam erat ille, qui dictum beneficium resignauit, antequam Regio nomine caperetur, & ita mandandum esse Oeconomo Regio, vt exequatur.

Extant etiam alię Senatus litteræ 17. Iunij 1511. directæ Vicœconomo Mediolani, vt iuxta supplicationem Agentiũ pro Vener. Fabrica Ecclesiæ Maioris Ciuitatis Papię eisdẽ erogaret ducatos tercentum ex redditibus dicti Episcoparus tunc vacantis penes eum existentibus, cuius summę dicta Fabrica creditrix erat, quarum litterrarum decreto interfuit Reuerendissimus Episcopus Parisiensis Præses.

Extat eiusdem anni 1511. deputatio Regia D. Antonij Magistrelli Prothonotarij Apostolici, & Iacobi de Villanoua Oeconomorum particularium Episcopatus Cremonę, tàm ad receptionem fructuum, & reddituum, quàm ad regimen Castrorum iurisdictionis, & temporalitatis dicti Episcopatus interinata per Senatum cum debita fideiussione dicto anno 1511. 18. Iunij cum eiusdem Senatus ordinatione 7. Iulij 1511. Præside pariter dicto Reuerendissimo Episcopo Parisiensi.

Horum particularium Oeconomorum deputationis forma in antiquo formilario temporis Ducum Mediolani, & Regũ Galliarum talis legitur.

Dux Mediolani &c. Vt interim, quo Abbatiæ Sancti Ioannis Parmæ, de idoneo, & sufficienti Abbate prouisum erit bona ipsius Monasterij nullatenus transeant in sinistrum, sed diligenter regulentur, & saluentur, vt possit postea futuro Abbati, cum tempus erit, reddi ratio opportuna harũ seriè dilectũ nostrũ Mathæum de Corpello, de cuius fidelitate, prudetia, & sufficientia plenè confidimus, facimus, & constituimus Oeconomum, Gubernatorem, & administratorẽ, ad percipiendum, exigendum, gubernandum, & saluãdum quoscunque fructus, redditus, & prouentus eiusdem Monasterij, & quælibet bona ipsi Monasterio debitè pertinẽtia, & spectantia vbicunq; & apud quosuis fuerint, & ad cõpellendum omnes, & singulos massarios, colonos, fictabiles, redditnarios, ad assignandum, & tradendum sibi illam partem dictorum bonorum, fructuum, & redditnum, qui prædicto Monasterio spectauerint. Item ad faciendũ proinde fines, cõfessiones, & quietationes expedientes, necnõ ad locandum, & ad affictandum bona ipsius Monasterij ẽt immobilia pro illis pretio, & ficto, de quibus, & prout pro maiori vtilitate dicti Monasterij sibi videbitur, & deniq; ad omnia, & singula attendendum, expediendum, quæ ad huiusmodi Oeconomatus officiũ spectant, & spectare dignouerit, & proinde ipsi Matheo Oeconomo plenã cõcedimus, & tribuimus facultatem, bailiam, mandantes vniuersis, & singulis Officialibus, & subditis nostris ab ipso Oeconomo requiren. quatenus pro exequutione præmissorum, & in omnibus cõcernentibus dictũ Oeconomatus officium eidẽ assistant, quibuscunq; fauoribus, directionibus, & auxilijs opportunis, omni exceptione remota. Mandantes ẽt quibuscunq; massarijs, colonis, fictabilib. & reddituarijs eiusdem Monasterij, ac alijs omnibus, apud quos sint bona aliqua dicto Monasterio debitè spectantia, quatenus de eis disponãt, & faciãt totaliter, prout memoratus Oeconomus dixerit, ordinauerit, & mandauerit, omni cõtradictione remota. In quorum &c.

Extat eiusdē Senatus alia ordinatio 1511. 15. Nouemb. qua ad supplicationem Presbyteri Bernardini de Cisate, petētis dispensatiōnē, vtendi litteris Apostolicis expectatiuis p acceptatione beneficiorum redditus aureorū quinquaginta, Senatus censuit, ad partem ordinandum esse, vt id permittatur, & admonendum esse Oeconomū Regium, ne aliquam ei molestiam inferat in acceptatione dictorum beneficiorum.

1512 Extat pariter alia Senatus interinatio secuta. 1512. 28. Ianuarij, præcedēte voto Oeconomi Generalis, litterarū Regiarum, quibus concedebatur Cardinali de Saulis Genuēsi vt posset capere possessionem Abbatiæ S. Simpliciani in Suburbijs Mediolani, qua mādatur præsertim Oeconomo Generali, vt litteras Regias suprascriptas seruet.

Extat pariter alia ordinatio Senatus in causa possessoria Præposituræ S. Spiritus Mediolani lata inter fratrem Gabrielē Varisium ex vna, & Præpositum de Crema ex altera, & D. della Palitia ex altera, partibus diuersis, cuius exequutio mandatur Oeconomo Regio; annno 1512. 15. Ianuarij. Cuiusmodi plures aliæ sententię in possessorijs beneficiorū afferri possent, quæ cum de Oeconomo mentionem non faciant, non referuntur.

Idem ius circa beneficia etiam Franciscus I. C. Galliarum Rex Mediolanensi Ducatu recuperato à Leone X. Bononiæ im-
1515 petrauit anno 1515. vt per eundem Belcariū lib. 15 nu. 28. fol. 452. qui eodē anno obseruat, restitutum à Frācisco Mediolanensib. Senatum, & Præsidē illius electum Ioannē Seluam, virum doctrinā, ac vitæ integritate celebrem, qui fortè ille est, qui de beneficijs insignem tractatum edidit, cùm in præfatione concordatorum, ad quos Rebuffus scripsit commentaria, Franciscus II. se grauissimos viros secū habuisse, & cum ijs communicasse illa testetur.

A Gallorum Regum tēpore citrà placitum, quod ad impetrationē beneficij petebatur, ad possessionē adipiscendā, impetratione iam secuta (vt indicant eorum, quæ extant, formulæ) peti cœptum est, quod ad relationem Senatus, quē Cōsilium appellabant, solebat concedi, extatque adhuc in Se-

natus

natus Formulario antiqua forma talium placitorum, tenoris sequentis.

Sub Rubr. Placitum Principis, siue Senatus, vt quis beneficij possessionem apprehendere possit.

Nomine N. petitum à nobis fuit, vt cum beneplacito nostro ei liceret apprehendere possessionem Ecclesiæ N. de qua ei prouisum fuit. Nos autem eidem morem gerere volentes, concedim⁹, vt vel per se, vel per legitimum suum procuratorem possessionem dictæ Ecclesiæ apprehendere possit, nō amoto tamen quouis possessore, sine causæ cognitione. Decernātes quemlibet idoneum Notarium &c. pronotariosq; & testes &c. non obstantibus &c.

...ctenus formu-
...rium.

Concedūtur etiam placita in alijs causis, quàm apprehensionis possessionū, habita prius quadā summaria causæ cognitione, absq; tamen aliquo processu. Hactenus Formulariū.

Toto temporis Gallorum dominij, primæq; Francisci II. dominationis, & administrationis Antonij Leyuæ, & Cardinalis Caraccioli, ac Marchionis Vastij, qui postea gubernarunt decursu, Oeconomatum Generalem sæculari tantū auctoritate nullo Pontificis diplomatè decorari exercuerūt Io. Angelus Galleratus, Bacillerius, Præpositus Stampa, frater quidam Hispanus, & Franciscus Silua, vt ex relatione Senatus, de qua infra.

...positus / ...ampa, / ...Hispa- / ...s. / ...ciscus / ...ua. } Oeconomi Ducales.

Redditus Mediolanensi dominio Franciscus Sfortia, Oeconomis specialibus, & generalibus iam institutis, cassatis (fuisse autem RR. Franciscum Castanum 1525. 10. Aprilis.

...Franciscus ...stanus Oe- ...n. Duc. 1525

1527 Oeconomum eius Generalem, & Io. Petrum Caluinū 1527. 23. Nouembris eius Subœconomum Derthonæ, & R. Paulum Turrium 1528. 28. Maij ab Antonio Leyua electum, probant ipsorum, quæ extant electiones) instituit Oeconomum suum generalem Iacobum Picenardum, Prothonot. Apostolicum, qui ipsis *à secretis rerum Ecclesiasticarum* erat. Cui non solum curam exigendorum ad Fisci commodum fructuum beneficiorum per Rebelles possessorum comisit, sed etiam *apprehendendi possessionem vacantium, & exigendi redditus, & fructus ad vtilitatem eorum, quorum intersit, & quibus ipse placitum suum esset concessurus*, & Ecclesiarum necessi-

...Paulus Tur- ...Oecon. Duc. 1528

...Iacob. Pice- ...ardus Oecon. ...ucal. 1529

cessitatibus prouidendi. Idque respectu omnium beneficiorum, tàm cum cura, quàm sine cura. Priuilegio dato Laudæ 1. Aprilis 1529.

Hunc autem asserit se elegisse virũ, alijs ab hoc munere amotis, præsertim cum ad hanc ei prouinciam demandandam *Summi Pontificis Clementis septimi litteris persuasus esset*, quibus nec obscurè in ditione sua dictus Picenardus, (quòd tamen paucis contigit) Oeconomus declarabatur.

Clemens VII. hunc Picenardum elegerat diplomate eiusdem anni 23. Martij, qui possessionem caperet beneficiorum vacantium suæ collationi reseruatorum, eorumq; fructus exigeret, cõseruaretq; à Pontifice prouidendis, data ei opportuna auctoritate, & inter alia facultate brachij sæcularis implorandi. Præfatus est Clemens id se facere, *quia nosset in Mediolanensi Statu, Clericos sine titulo, & laicos beneficijs se intrudere, & fructus in proprios vsus conuertere*, quæ præfatio Oeconomatum sæcularem non feriebat, qui nec titulum vsurpabat, & fructus beneficiorum successoribus conseruabat. Idem Oecon. Pontificius

Ab hoc Breui Oeconomatum Apostolicum Ecclesiastici auspicantur in suo facti summario.

Exercuit Picenardus hoc munus nomine Francisci II. Sfortię, & Placita ad possessionem apprehendendam nomine eius tantum inscripta separatim concedebat, nec apparet, quid nomine Pontificis egerit. Extant adhuc authentica tria eius Placita sigillo Ducali munita, & subscripta. Picenardus; Vnum Federico Panigarolæ Clerico Mediolanensi petenti, vt liceret apprehendere possessionem canonicatus, & præbendæ Ecclesiæ S. Ambrosij Mediolani *auctoritate Apostolica* collati 1530. 6. Nouembris per mortem q. R. Christophori Panigarolæ vacantis. Datum Vigleuani 10. Ianuarij 1531. Secundum Petro Paulo de Serenio Clerico Mediolanensi *auctoritate Ordinarij* Mediolanensis prouiso de Canonicatu. & Præbenda in Ecclesia Sanctorum Stephani, & Zenonis loci de Decimo Mediolanensis Diœcesis 23. Decembris 1530. vacantis per resignationem Ven. Presbyteri Francisci de Cattaneis subscriptum. Picenardus, & in

angulo.

angulo. *gratis, attenta paupertate*. Datum Vigleuani 21. Ianuarij 1531. Tertium Ven. Philippo de Pigotijs Presbytero Mediolanensi prouiso *auctoritate Ordinarij* Mediolanensis de Parochiali Ecclesia S. Carpophori de Terzano Plebis Pontiroli, Dioecesis Mediolanensis 29. Martij 1531. vacantis per resignationem R. Andreæ de Bellonibus. Datum Vigleuani vltimo Martij 1531. Subscript. Picenardus.

1531 Picenardo defuncto Clemens VII. ijsdem omninò verbis suffecit Melchionem Langum, Breui dato 15. Decembris 1531.

Melchion Langus Oeconõus Pontificius.

Eundem Franciscus II. Oeconomum suum creauit, tunc Nuncium Pontificium ad Regem Angliæ, misso speciali nuncio accersitum, præmissa honorificétissima eius insigniũ erga Ducem meritorum præfatione, & familiaritate eius cum Sanctiss. commemorata, ijsdem clausulis, quibus priuilegium Picenardi conceptum erat. Datum Vigleuani 22. Decembris 1531.

Idem Ducalis.

1535 Paulus III. Pontifex Summus eundem Langum 7. Ianuarij 1535. Breui eodem, quo Clemens decorauit, addita in fine clausula, vt si possessionem vniuscuiusq; beneficij Ecclesiastici adeptà vigore illius Breuis intra duos menses per suas litteras, non significaret, Breue lapso termino prædicto nullius pœnitus roboris esset, ac momenti.

Mortuo Lango deuoluto iam ad ipsum Mediolanensi Ducatu

1546 Carolus V. Oeconomum Generalem instituit 1546. Reu. Don Franciscum Guttierez, cuius extant litteræ Oeconomales ad omnes Notarios status, concedentes facultatem rogandi instrumenta possessionis apprehensionis beneficiorum per Sanctiss. Paulum III. concessorum, & expectatiuarum Reuer. Octauiano Guasco electo Alexandrino. Dat. 11. Maij 1546. subscriptum ab ipso, & à fratre Hieronymo Torchio, Generali dicti Oeconomi Auditore.

D. Franciscus Guttierez Oeconomus Duc.

Guttierez ad citerioris Siciliæ Regnum translato suffecit Reu. Marcũ Antonium Pattanellã Scalensem Canonicum, quem

1547 etiã Beatitudini Pontificis Maximi gratissimũ fore confidebat, cum authoritate, potestate, honoribus per alios prædecessores suos legitimè percipi, & haberi solitis. Priuilegio

Marc. Antoni. Pattanella Oeconomus Duc.

Dato

Dato Alæ Saxonum 10. Iulij 1547.

1548 Publicauit hic Edictum anno 1548. 1. Martij subscriptum M. Antonius Pattanella, & Hieronymus Torgius Præpositus præf. R. D. Oeconomi Auditor vidit, & Franciscus Bossius Cancellarius de mandato, quo ad impediendam temerariã & illicitam apprehensionem possessionem beneficiorum, & officiorum Ecclesiasticorum totius Status pro tempore vacantium, & ne fructus eorum dilapidarentur, & in sinistros vsus conuerterentur, pro conseruatione officij sui, & facultatum sibi competentium prohibuit sub pœnis excõmunicationis, & scutorum ducentum pro medietate Cameræ Cæsareæ, & Apostolicæ applicandorum irremissibiliter, & alijs etiam sibi arbitrarijs ne vlli Notarij etiam forenses sine eius licentia, siue beneplacito speciali rogati essent de instrumentis apprehensionum possessionum beneficiorum Ecclesiasticorum, vel officiorum in dominio Mediolani tã in spiritualibus, quam in temporalibus suppositorũ. Quod edictum publicatum, & affixum in locis solitis sub eisdem pœnis prohibitum fuit amoueri.

Eundem Pattanellam Paulus III. Põtifex Maximus post maturam cognitionem iurium Ducum Mediolanensiũ, & naturæ officij, calumnijs aliquorum per Illlustriss. Card. Granuellam, & D. Didacum Mendotiũ Cæsaris nomine agentes discussis, Oeconomum suum generalem creauit 5. Fe- Idem Oeconomus Pontf.

1549 bruarij 1549. eidem data facultate, & potestate, quam alij prædecessores eius à S. Sede habuerant. Pattanella ante breue Pontificium munus semper exercuit nomine Imperatoris, tunc Domini, nemine se opponte, vt ex infrascriptis Senatus litteris, & actitatis ab eo.

1555 Publicauit Pattanella anno 1555. 13. Iulij. Aliud edictum pro sui officij conseruatione circa apprehensiones possessionis beneficiorũ, & citationes, commissiones, præcepta, & alia acta Iudicũ Ecclesiasticorũ, extra statũ, inthimationis eorum in statu prohibitiuum sine eius licẽtia, & beneplacito sub pœnis grauibus. Renouauit illud posteà eius,

1562 facta mentione ãno 1562. 1. Iulij. Edicto subscripto. M. Antonius Pattanella Oeconomus. Vidit Io. Antonius Carpa-

nus

nus prædicti Oeconomi Auditor. Io. Bapt. Luinus Not. & Cancellarius subscripsit; quod edictũ publicauit Apostolica, Regia, Ducalique auctoritate, re etiam participata cum Illustrissimo D. Maiestatis Regiæ in hoc dominio Generali Gubernatore, & eius Excellentissimo Consilio Secreto; pænam apposuit scutorum tercentum pro medietate Apostolicæ, Regiæq; Cameræ applicandorum, & alias arbitrio præfati Excellentissimi D. Gubernatoris, & eius Secreti Consilij, & ipsius Oeconomi imponendas. In quo Edicto præfatur, voluntatem Summorum Pontificum, ac Principum, & ordines huius Status, etiam Apostolica auctoritate confirmatos semper id disposuisse, quod ipse dicto Edicto imperat, quod testatur, se condere, etiã inhærendo semper dictis ordinibus, ac edictis alijs cõcessis, prout sup.

1565 Anno 1565. D. Carolus, tunc Mediol. Archiep. apud Cathol. Maiest. Conquestus est de Oeconomo, quod vacantibus beneficijs, Curatis Rectores deputaret, quod tamen ad se vti Archiep. Trid. Conc. sanctionibus spectare asserebat.

Excitauit S.M. litteris suis 10. Octob. 1565. Ducem Alburquerquensem tunc Gubernatorem, qui eas cum alio supplici libello sibi per D. Carolum porrecto Senatui remisit, vt vocato Oeconomo, visisque actitatis referret.

1566 Relatio extat Senatus 5. Maij 1566. facta de omnibus.

Obiecta tunc fuere Oeconomo eadem fere, quæ nunc.

Nimirum, transgressio facultatis Pontificiæ, quę ad sibi reseruata restringatur. Iudicium super collationibus beneficiorum. Venditio fructuum, qui seruando seruari possunt successoribus. Deputatio Presbyterorum in Parochialib. vacantib⁹ iuxta cap. 18. sess. 24. Conc. Trid. Exactio aureorũ duorum pro dignitatibus ad commodum Oeconomi, Cancellarij verò solid. 50. aurei vnius pro alijs beneficijs Oeconomi, Cancellarij verò solid. 25. Exactio duplex in prouisis de iurepatronatibus Regijs, videlicet pro præsentatione, & pro possessionis adeptione.

Petitum, vt statueretur, ne in alijs beneficijs, quàm reseruatis Sedi Apostolicæ se ingereret: vt pro beneficijs tantũ valoris aur. 100. & iurepatronatibus Regijs nihil exigeret; pro

alijs

alijs beneficijs excedentibus dictam summã medium tantum aureum perciperet: Subœconomi singulo anno Episcopi, vel Vicarij Ciuitatum, ac vni à capitulo deputato redderent rationem officij, & fructuum omnium à se perceptorum.

Respondit Senatus, audito prius Oeconomo (cui: vt extat plenissima responsio sub die 7. Martij 1566.) Oeconomũ auctoritate à Principibus tributa beneficiorum omnium, tàm cum cura, quàm siue cura in Dominio vacantium custodiam, absq; vlla dubitatione habere, nec alicuius eorum possessionem, absq; Principis beneplacito relaxare, idq; vsq; in illã diẽ indifferenter sinè vlla Ordinariorũ contradictione, quod sciẽtur, obtinuisse. Iure communi, magnis in beneficijs beneplacita Principum permissa, ne teneantur admittere diffidentes, à quibus forte eorum statui periculum possit imminere. In minoribus, etsi subobscura fortasse res videatur, tamen esse necessariam licentiam Oeconomi ad possessionem, cuius ipse custodiam habet, & vsu diuturno, ac Ordinariorum patientia, & necessitate officij, ac publica vtilitate, ne aliqui de facto, & sinè Canonica prouisione in beneficijs intrudantur, neve ad contentiones, & ad arma, vt plerumque factum fuisse notorium est, deueniatur, rem in tuto esse positam: In his enim iuri scripto suppleri per antiquissimum consuetudinem huius Dominij, nullo vnquam tempore interruptam, aut labefactatam, Ecclesiarum vtilitati, ac publicæ quieti conformem. Presbyteros ab Oeconomo deputatos vacantibus Ecclesijs semper fuisse: Locum tamen fieri declarationi suprascripti Concilij, & declarationi Cardinalium dicenti, *Oeconomo Mediolanensi, quo ad Parochias, auctoritatem ademptam esse*, per deputationem Presbyteri, quam faciat Ordinarius, cui fructuum portio assignetur, quam Oeconomus illorum custos tradat; hunc habere sensum suprascriptam declarationem, quæ cum Sacro Concilio de sola Presbyteri constitutione loquatur, & ita resolutum fuisse superioribus mensibus in controuersia inter Reuer. D. Episcopum Derthonẽsem, & Oeconomum orta. Oeconomum, eiusque Notarios negare quidquam indebitum, aut inhonestum exegisse; multis etiam asserere traditam gratis possessionem; posse tamen



 circa

circa hoc caput facile satisfieri Ecclesiasticis, vel limitata exactione, vel certa mercede constituta. Nullum iudicium institui ab Oeconomo super validitate titulorum, sed pluribus eodem tempore concurrentibus ipsum necessario extraiudicialiter inspicere, cui ex meliori titulo possessio danda sit.

Post hanc relationem Oeconomus munus suum eo, quo antea vsus fuerat, instituto exercuit, agnoscentibus ipsis Ecclesiasticis nil agi, quod esset vetitum: Oeconomusque deputatis Presbyteris, & Ecclesiæ ministris ab Ordinarijs mercedes definitas soluit ex fructibus custodiæ suæ commissis.

1569 Mortuo Pattanella anno 1569. 31. Octobris. Dux Alburquerquensis Senatum consuluit, vtrum posset interim à se nomine S. Maiestatis eligi Oeconomus, donec per eam perpetuus designaretur. Senatus, visis scripturis per eum transmissis, & repetitis aliàs actitatis, Suæ Excellentiæ rescripsit 26. Octobris 1569. persistendum in possessione Regis, & eligendum, qui eius auctoritate exerceret, vt electus à Francisco Sfortia, & Pattanella à Carolo V. ante electionem Pontificiam exercuerant.

nes Du- onomus Ducalis.

Electus est à Duce interim Oeconomus Generalis, Doctor D. Ioannes Duarte, vt ex eius electione 28. Octobris 1569. à quo 1570. 18. Ianuarij Reuerendissimo Cardinali ab Ecclesia vti Commendatario Abbatiæ S. Abondij concessum fuisse, virtute etiam Litterarum Senatus, Regium *exequatur* super citatione concessa per Illustrissimum Cardinalem Gābaram, vti Apostolicum Delegatum Romæ Cæsaris Angeli de Gallis eius fictabilis, inter innuemera huiusmodi Placita testatur Sibaldus eius Cancellarius attestatione 19. Augusti 1580. alias Romæ tempore Iurisdictionalis concordiæ exhibita:

Hoc administrante officium, sæculari tantum auctoritate, Apostolicus in Hispanijs Nuncius conquestus est cum Catholica Maiestate Philippi Secundi Regis nostri Potentissimi, quod munus hoc ab eius in Ducatu Mediolanensi Prædecessoribus vsurpatum esset, cum ad Suam Sanctitatem spectaret.

ctaret. Litteras Sua Maiestas dedit ad Ducem Alburquer-
1570 quensem. 1570. 7. Aprilis, quibus iussit, sibi referri originẽ Oeconomatus, & quid sentiret Senatus de fundamentis, rationibusque Regijs, & Pontificijs, vt Nuncij quærelæ posset satisfieri, quas Dux Senatui remisit suis litteris 13. Iunij 1570,

Extat Senatus relatio 11. Septembris 1570. qua breuissimè dicit, inter eos, qui ab anno 1512. vsque ad illam diem officio Oeconomi functi fuerãt, supra quod tempus memoria non habebatur aliorum, tres tantum Pontificium diploma habuisse, Picenardum nimirum, Lãgum, & Pattanellam; reliquos, qui tempore Gallorum, Francisci II. Sfortiæ, & administrationis Antonij Leiuæ, Cardinalis Caraccioli, & Marchionis Vastij Oeconomatum exercuerunt, sola sæculari auctoritate id gessisse, nimirum Bacillerium, Io. Angelum Gallaratum, Præpositum Stampam, fratrem quendam Hispanum, Franciscum Siluam, & Hispanum Guttierez. Pro comperto haberi, Principes Mediolanenses nullo vnquam tempore passos fuisse, quempiam vacantis beneficij possessionem adipisci, nisi obtentis à se prius litteris, quæ Placita appellantur. Integra eorum placitorum in Cancellariæ Secretioris Archiuio extare volumina. Sacros Canones consuetudini non aduersari, quia vsu recepta sit Principis assensus impetratio, cuius permultum intersit, ne qui electi sunt, illi suspecti, aut diffidentes sint, à quibus metui possit, ne periculum creetur statui. Interesse eiusdem quàm maximè, ne aliqui de facto, & sine Canonica prouisione in beneficiorum possessionem se intrudant; possessionem posse proinde, & fructus sequestrare, & custodire, ne ad contentiones, & arma non sine grauibus scandalis, & non sine magna subditorum perturbatione, vt sæpe fit, deueniatur. Interesse eiusdem non parum, vt sui sibi, & laicis sui Iuspatronatus conseruentur, qui non rarò iure suo ab ordinarijs de facto spoliari solent. Visum Principibus optimum, constituere aduersus hæc incommoda Oeconomum: non negari, idem ius esse S. Sanctitati, cuius interesset, beneficia canonice conferri, possessiones, & fru-

ctus legitimè administrari: non visum fuisse Summis Pontificibus duos institui, cum non sine subditorum iactura, incommodo, perturbatione, ac etiam indignitate quadam fieri id posse videretur, itaq; satius fuisse arbitratos, in eundem conuenire, quem sæcularis elegisset, à quo instituto nec Sanctiss. Pium V. discedere debere, neque Regiam Maiestatem id sine magnæ iurisdictionis suæ detrimento, ac subditorum incommodo suo concedere posse, Senatus sentiret.

Io. Ambrosius Ferrarius L. Oecono. Duarte.

Exercuit semper officium Duarte, eiusque L. T. generalis R. Io. Ambrosius Ferrarius Præpositus S. Ambrosij Septalæ Mediolanensis Diœcesis. Extantque huius multa acta omnes actus officij nunc controuersos comprobantia, & in specie Placet ab eo concessum 4. Ianuarij 1572. Vener. Presbytero Io. Antonio de Richis prouiso à Diuo Carolo Mediolani Archiepiscopo de Canonicatu, & Præbenda in Ecclesia S. Euphemiæ loci Vgloni Diœcesis Mediolanensis tunc vacante per liberam resignationem Canonici Cæsaris Bossij.

Don Ioannes Duarte Oeconomus Pontificius.

1573 Sanctiss. Gregorius XIII. 16. Aprilis 1573. d. Don Ioannem Duarte Archidiaconum de Tarantona in Ecclesia Ilerdēsi, Oeconomum suum generalem creauit in Statu Mediolani, Breui ijsdem verbis concepto, quibus Breue Pattanellæ, cui se illum exprimit sufficere.

Ab hoc testatur Sibaldus in Attestatione supra recensita anni 1580. 19. Augusti concessum Regium *exequatur* Illustrissimo Cardinali Gambaræ, vti Commendatario Abbatiæ S. Laurentij Cremonæ super citatione concessa per Reuerendissimum Alexandrum Riarium Rotæ Romanæ Auditorem, Antonij Mercurij, & hæredum Euangelistæ de Iulijs Anno 1573. 18. Augusti, & aliud Illustrissimo Cardinali S. Sixti 1575. 28. Augusti, vti Cōmendatario Præpositurae Braydensis citationis concessę à Reuerēdissimo Hieronymo Melchiorio Maceratensi Episcopo, contra Dn̄m Bartholomeam ab Ecclesia, vti hæredem Illustrissimi Cardinalis ab Ecclesia.

Publicauit Duarte Edictum pro sui officij conseruatione anno

1576.

1576. 11. Augusti ijsdem omninò verbis, quibus conceptum, legitur, quod supra retulimus publicatum à Pattanella anno 1562. 1. Iulij. Cuius Edicti obseruationem probat amplissima attestatio facta. 1574. 15. Septembris per Emanuelem Sibaldum Curiæ Archiepiscopalis Mediolani Notarium eius Cancellarium, tam respectu possessionum beneficiorum, quam Regij *exequatur*, qui vlterius testatur contra partem personarum, quæ Edicto Pattanellæ non paruerant, fuisse ex ipso officio processum, & processus ipsos extare, alias etiam Romæ tempore Iurisdictionalis Concordiæ exhibita.

Duarte absente Don Sanctius de Padilla Gubernator Regia
1577 auctoritate 1577. non pauca Placita beneficiorum concessit, vt ex actis secretioris Cancellariæ. Hoc eodem existente Occonomo concessum est Regium *exequatur* Illustrissimo Cardinali Theano, vti Commendatario Præpositurae S. Abondij Cremonæ super citatione edita per Reuerendissimum Io. Baptistam Rubeum Rotæ Romanæ Auditorem, contra Leonardum Mainardum, & Consortes. 1579. 30. Maij, vt ex dicta Attestatione Sibaldi. Quæ aliud continet eodem anno concessum 8. Maij. Illustrissimo Cardinali Sorbellono etiam in executione litterarum S. Exc., ad relationem Senatus, super citatione edita per Reuerendissimum Gasparem Vicecomitem Rotæ Romanæ Auditorem, contra Marchionem Nicolaum Triultium ex causa feudi, & bonorum Vespolati. Et licet attestatio Sibaldi, qua de causa fieret relatio per Senatum S. Excellentiæ, non exprimat, reperio tamen Senatorem Hieronimum Montiũ Auum meum, qui tunc in Senatu sedebat, in suis manuscriptis obseruationibus Senatus num. 3. sub anno. 1569. x. Augusti testari Cardinalem Sorbellonum curasse intimari Breue sine Placito, & reclamante Senatu non potuisse fieri, quia non solerent inthimari, nisi Senatore per partem edocto ante concessionem Placiti, idq; fuisse factum etiam cum Illustrissimo Cardinali ab Ecclesia, quia Breuia aliquando ad falsas supplicationes impetrarentur contra iustitiam, quod dicto Breui Cardinalis Sorbelloni objiciebatur, & nu. 142. testari

testari etiam, ipsum Cardinalem Sorbellonum Senatui trã-smisisse publicum instrumentum protestationis, & renunciationis dictæ intimationis, & omnium actuum per Cursorem eius nomine factorum.

Ad Reuerendum Ferrarium eius L. T. per Ecclesiasticos dicuntur datæ à Reuerendissimo Mattheo Auditore Cameræ Apostolicæ litteræ 28. Iulij 1580. quæ in eorum summario sunt nu. 4. Quibus ipsum ita plenè satisfecisse dicendũ est, vt Sanctissimus acquieuerit, & contra eum Regiam facultatem Vicario, proprioque nomine, vt ante solebat, in omnibus exercentem palam, & in conspectu omnium, nihil amplius emerserit, cum vigore Regiæ facultatis procederet. Latuere hæ litteræ Regios, cum eum reprehenderent, quod excederet auctoritatem Breui Pontificio concessam, nec apparet, ad Regiorum ministrorum notitiam tunc fuisse delatas. Extat hac occasione edita attestatio Sibaldi dicti Ferrarij Cancellarij 1580. 19. Augusti, qua testatur ab eo die retro innumera placita Regij *exequatur* fuisse Illustriss. Cardinalibus concessa, & in specie Illustrissimo Cardinali Albano, acerrimo Ecclesiasticę immunitatis propugnatori, quæ tempore Concordiæ Iurisdictionalis Romæ fuit exhibita.

Io. Ambrosius [Fe]rrarius Oeco[no]mus Reg. Du[cal]is interim.

Duarte mortuo à Don Sanchio huius Status Gubernatore, interim Oeconomus creatus est R. Io. Ambrosius Ferrarius, Duartis Locumtenens, qui Regia dumtaxat auctoritate, per decem, & amplius menses officium administrauit huius

1581 extant multa placita, vnum præcipuè 3. Augusti 1581. fauore R. Antonij della Turre Presbyteri Comensis Diœcesis de Canonicatu, & præbenda Ecclesiæ Sancti Laurentij Valliscuuij Cumensis Diœcesis, per resignationem auctoritate Apostolica expeditam.

[Re]uerendiss. Pe[tr]us Faunus Co[sta]chiarius Epi[sc]opus Aquensis [M]ediol. Senator [O]economus Re[gi]us Ducalis. [Id]em Pōtificius.

1582 Oeconomus Regius, declaratus postea à Rege Potentissimo nostro est anno 1582. Reuerendissimus Petrus Faunus Costachiarius Aquensis Episcopus, & Mediolani Senator, qui illud auctoritate Regia tantum exercuit, vsquequo à Sanctissimo Sixto V. Oeconomus etiam Apostolicus Generalis

1585 creatus est anno 1585. 13. Iulij, in quo Breui appellatur

etiam

1584 etiam Archiepiscopi Mediolanensis suffraganeus. Hoc per aliquod tempus anni 1584. & 1585. absente Dux Terrænouæ Regia euctoritate vacantium beneficiorum placita concessit, vt ex actis secretioris Cancellariæ.

1585 Hic 1. Octobris eiusdem anni 1585. publicũ proposuit edictũ in quo narrans, sancitum esse, in Mediol. Ducatu Põtificia, Regiaque auctoritate, vt nemo auderet, beneficiorum possessionem adipisci sine expressa licentiẽ, & beneplacito in scriptis Oeconomi Generalis. Nullæ citationes commissiones, præcepta intimarentur, nec Notarij circa prædicta conficerent instrumenta, absque eius Oeconomi Generalis licentia, intelligereq; se aliquos illis ordinibus cõtrauenisse, iubet eos, qui suprascripta attentauerunt, notificare intra certum terminum suo officio sub pæna scut. quinquecẽtum applicanda pro medietate Reuer. Cameræ Apostolicæ, pro alia Regiæ, & notificationes gratis recipi, & sciens, in Sedis Apostolicæ fraudem sæpe conferri beneficia illi reseruata, iubet. Tenore præsentium, *antecessorum edictis inhærendo, & ab eis nullo pacto recedens*, vt nullus quouis titulo, vel colore quarumcunque Ecclesiarum, & beneficiorum possessionem audeat apprehendere, vel fructus assumere; & administrare sub pæna prædicta scut. 500. applicanda vt sup. Idipsum declarans in citationibus, intimationibus, & alijs scripturis Notariorum, *iuxta stylum, & formam antecessorum suorum* locum habere: massarijs, & conductoribus sub eadẽ pæna prohibens, ne alicui respondeant de fructibus sine expressa eius licentia in scriptis obtinenda, & in subsidium excommunicationis pænam imponens. Omnia contra edictum facienda irrita, & nulla declarans, Subœconomis imperans, vt de vacantibus beneficijs ipsum reddant certiorem intra decem dies, loco, titulo, redditu, vltimoq; possessore expresso, vt Sanctissimum, vel ab eo deputatos de vacatione possit admonere. Publicatum fuit ad valuas Cathedralium, & Collegiatarum sine mora.

Ecclesiastici, Edicti non meminerunt, sed in summario nu. 5. litteras vulgarunt, quas dicunt ad eum scriptas Roma à
1586 Cardinale Sans. ex ordine Sanctissimi 24. Maij 1586. & sic

post

post octo menses à publicatione Edicti, quod cum ordinarios locorum coerceret, ne manum insererent beneficijs Sãctę Sedi reseruatis (quæ Oeconomo Custode amodo, liberũ illis est vsurpare) commouisse eos, verisimile est, vt eas ornarent querelas, quarum litteræ illæ meminere.

Non difficile fuit Oeconomo, docere, supposita per illos falsa fuisse; cum nec Oeconomus super exceptionibus cognosceret, nec super validitate titulorum iudicaret, nec censuram exerceret, aut vllo modo pronunciaret super citationibus &c. nec Oeconomi facultas à sola S. Beatitudine penderet, nec ad Iuspatronatus Ducales munus esset restrictum, nec à Gregorio XIII. Breue fuisset denegatum, cum illud Duarti concessisset, & Edictum non esset nouum, sed simile publicatis ab eius Antecessoribus, vt in eo dicebatur, prout ab Ecclesiasticis status fuerat minus verè suppositum in facto sacræ Congregationi, & per eam Sanctissimo propositum. Patet id manifestè, quia officium per eum, & successores semper fuit publicè administratum, vt antea, nec secuta est reuocatio edicti, quam adeo expresè, & graui cõminatione litteræ illæ imperant, nec reuocatum Breue à S. Pontifice; verisimile est, sacram Congregationem, & Summum Pontificem de veritate edoctos aquieuisse responsioni, quam in litteris suis, Cardinalis ait, se quamprimum expectare. Quin inter acta officij mentio extat litterarum Illustrissimi Cardinalis Guastauillani de mente Sanctissimi Gregorij XIII. datarum ad Oeconomum, effectus, vt parceret nonnullis, qui exequatur super aliquibus actibus iudicialibus non obtinuerant, & in specie cuidam Cantori Alexandrino, quarum litterarum meminit infrascripta Rubei attestatio. Patet etiam ex libris rationum Reueren. de Plattis eius Locumtenentium, in quibus vacantium beneficiorum fructuum exactio, & dispensatio continetur. Et ex amplissima attestatione Reuerendi Io. Mariæ Plati Prothonotarij Apostolici, & Canonici Scalensis testantis, & de gestis à se, & à Reuerendo Ambrosio Plato eius patruo, vti specialiter à dicto Episcopo Costachiario Oeconomo deputatis, facta 1610. 1. Decembris alias tempore iurisdic-

tionalis

tionalis Concordiæ Romæ etiam exhibita. Et respectu Comensis Diœcesis, extat amplissima attestatio Antonij Turriani Cancellarij RR. Marci Carcani, & Donati Turriani, Subœconomorum RR. Marci Antonij Pattanellæ, Ioannis Duarte, Ambrosij Ferrarij, & Petri Fauni Costachiarij respectu omnium generum actuum ad Oeconomatum spectantium tempus complexa ab anno 1596. retro.

1591 Promoto ad Episcopatum Vigleuan. Costachiario successit Abbas Sfortia Specianus à Potentiss. Rege creatus 1591. 21. Iunij à Gregorio XIV. 7. Septembris eodem anno. Adiecit in Breui Pontifex clausulam, *ac ijs modis, & formis per nos propediem præscribendis*. Ecclesiastici dicunt ad hunc datas litteras, quas in summario circumferunt sub num. 7. cum litteris ad Illustrissimum Cardinalem Borromæum datis à R. Bernardino Mora, qui non satis apparet, quo munere fungeretur, vt eius assortioni credendum sit, quod ex ordine Sanctissimi scripserit; maximè cum non facilè intelligatur circuitus ille, dum in litteris ad Cardinalem dicitur, Abbatē Specianum à Sua Sanctitate dimissum ad exercendū munus, in quo Sua Sanctitas vult infrascripta obseruari; & in litteris ad ipsum Abbatem Specianum datis eodem die

Abb. Sfortia Specianus Oeconomus Regius Ducalis, & Pontificius.

1595 vltimo Septembris 1595. iniungitur ei, vt à se obseruanda in munere intelligat à Cardinali Borromæo. Illud certum est, Aduocatum Fiscalem Quinctium Romam isthinc missū iura Regia coram Sanctissimo Clemente VIII. viriliter tutatum Suæ Sanctitati persuasisse, nihil in Regis præiudicium esse innouandum, vt propterea litteræ de Pontificio tantum Oeconomatu conceptę sint, si modò emanarunt. Hæ litteræ Moræ, vel Oeconomo redditæ non fuerunt, vel ab eo intellectæ sunt procedere, vt re ipsa sonant, in ea parte tantum Oeconomatus, quæ Pontificis nomine exercebatur, non autem dirigi eo, vt Sua Maiestas iure, & possessione sua clam, & inaudita spoliaretur. Certissimum & illud est, latuisse has litteras ministros Regios, tunc & per plurimos annos postea; & in facto illud notorium, Oeconomum Specianum, & successores, illis non attentis, Regium Oeconomatum administrasse, vt antea, quod & acta demonstrant,

&

& litteræ Illustrissimi Cardinalis Borromæi, de quibus infra,
1596 & attestatio facta 2. Martij 1596. per Io. Baptistam Bernadigium Curiæ Archiepiscopalis Mediolanensis Not. & dicti Oeconomi Sfortiæ Speciani Cancellarium à die 11. Nouembris 1561. ad d. annũ 1596. vbi nominatim testatur de collatis ab Ordinario Mediolanensi. Probat id etiam amplissima attestatio Io. Francisci Rubei Cancellarij dicti Abbatis Speciani totum temporis spacium complexa quod excur-
1598 rit ab anno 1598. ad 1606. de à se actitatis testantis facta 5. Iunij 1613. tempore iurisdictionalis concordiæ Romæ exhibita, & testantis inter acta officij reperiri apud se innumera beneplacita Regij exequatur super quouis genere actorum iudicialium omnium Iudicum Ecclesiasticorum, & in specie DD. Auditorum Rotæ concessa persæpe communicato negocio cum Excellentissimis Gubernatoribus huius Status Concilio Secretiori, & Excellentiss. Senatu ab anno 1547. 6. Iulij ad 1569. 8. Octobris.

1606 Speciani mortui in locum, interim dum Oeconomus à Rege crearetur, suffectus est, ex sententia etiam secretioris Consilij à Comite Fontano Gubernatore Status, Iulius à Turræ Canonicus Comensis 6. Martij 1606. Qui statim munus auspicatus, more maiorum illud administrauit auctoritate Gubernatoris, donec à Rege iam Præpositus Scalensis creatus
1609 diploma Oeconomatus Regij obtinuit 10. Februarij 1609. A Pontifice eligitur Oeconomus 20. Iunij 1609. cum clausula eadem, qua Specianus, *ac modis, & formis per nos propediem præscribendis*, quæ indicat, vel litteras ad Specianum non fuisse de mente Sanctissimis vel non fuisse missas executioni,

[Margin: Iulius à Turre Canon. Comensis Oeconomus Reg. gius Duc. interim.]

[Margin: Eligitur à Rege perpetuus & à Pontif.]

1610 Anno 1610. Illustrissimus Cardinalis Federicus Borromæus misso in Hispanias Canonico conquestus est apud S. Maiestatem, quod Oeconomus fructus colligeret beneficiorum, vacantium spectantium ad collationem Ordinarij, asserens eius antecessores id nunquam fecisse, & reportauit litteras ad Secretius Consilium, & Senatum directas, suam hanc querelam exponentes, & iubentes Oeconomo, vt nihil innouaret ea in re, donec S. Maiestas aliud deliberasset, quæ in-

terim

terim voluit edoceri de facto, licet speraret concordiam eo esse deductam, vt breui terminanda, esset liti finem impositura, vt ex dictis litteris 25. Septembris 1610. per Agentes dicti Cardinalis, Excellentissimo Gubernatori redditis, & ex litteris Consilij secretioris ad Oeconomum Turrium, 30. Octobris 1610. & Respousione Oeconomi 4. Decembris eiusdem anni.

1612 Extat inter alia acta huius Oeconomi gratiosa pænarum condonatio, edita ad preces sex Parochorum Nouariensis Diœcesis, contra quos cœptum erat procedi, quòd sine placito possessionem Ecclesiarum apprehēdidissent contra ordines, & edicta officij Oeconomalis. Dat. 15. Februarij 1612.

1615 Secuta anno 1615. Concordia iurisdictionalis est inter Sanctissimum Paulum V. & Potentissimum Philippum III. Regē nostrum, in qua cap. 14. cautum his verbis est. *Circa officiū Oeconomatus, tollantur abusus Oeconomi, prout de eis constiterit,* quo decisæ sunt, & pænitus sublatæ omnes exceptiones, quæ etiam nunc Oeconomatui obijciuntur per eundem Reueren. Bebulchum, qui tunc Ecclesiasticorum causam agebat.

Quippe ex scripturis per eum tunc editis constat, per Summū Pontificem, cognita veritate officij, & iure Regio, nō modò concessum officium, sed etiam sublatas, quæ tentabantur, moderationes, & reuocatas litteras originales, vt ex eiusdem scriptura. Ideoq; cum Mediolanum reuerso Senatore, qui Concordiam concluserat, acriter fuisset per Fiscales disceptatum, an impleuisset Regiam instructionem in hoc capite, Fiscales sensere impletam, cum per illa verba officium Oeconomatus confirmaretur, & solum correctio abusuum personam Oeconomi per tempora respiceret, & ita à Senatu fuit iudicatum; & praxis secuta concordiæ veram interpretationem declarauit, cōtinuato officij vsu, qui antea fuerat.

1621 Extant inter acta huius Oeconomi post Concordiam binæ pænarum condonationes gratiosæ ob possessionem sine placitis captam, altera ad preces duorum, altera ad preces septem Parochorum Diœcesis Nouariensis ista 18. Septembris illa 20. Octobris 1521.

Tur-

Turrio mortuo electus est à Duce Feriæ Gubernatore Oeconomus interim, Don Vincentius Ferrer. filius Don Antonij Magni Cancellarij 13. Nouembris 1621. qui statim officiũ exercuit, & in eius administratione perseuerauit, donec in Hispanias cum patre profecto ab eodem Duce Feriæ substitutus est Reu. Fabius Mola Canonicus Scalensis 13. Augusti 1623.

a Vincentius Ferrerius Oeconomus Reg. Ducalis Interim.

Fabius Mola Oeconomus Reg. Duc. Interim.

1623

Anno eodem 21. Nouembris Reuerendissimus Ambrosius Catia, olim Episcopus Castrensis, Regius Oeconomus creatus administrauit statim munus, & 8. Februarij 1624. Pontificius Oeconomus à Sanctissimo Vrbano VIII. (quem Deus humano generi diutissimè sospitet) creatus est, repetita in breui clausula, *modisque, & formis per nos propediem præscribendis*.

Reuerendiss. Ambrosius Catia Episcopus Comen. Oeconomus Regius Ducalis, & Pōtificius.

1624

Ad hunc Ecclesiastici dicunt datas ab Archiepiscopo Vulpio nomine Sanctissimi litteras in summario num. 10. quæ biduo tantùm posteriores Breui sunt, vt mirandum sit, cur nō Breuis editio dilata sit, vt illi earũ tenor inserri posset. Has litteras, verisimile est, ad eius manus non peruenisse, ideoque Ecclesiastici dicunt in summario, illarum exemplum rursus
1626 eidem fuisse transmissum, litteris 2. Martij 1626. Illustriss. & Reuerendissimi Cardinalis S. Honofrij.

1628 Suspenso sine vlla expressione causæ Oeconomo Catia à Pontificio Oeconomatu, cum etiam à Regio se abstineret, ad consultationem Excellentissimi Senatus, Excellentissimus Don Gonsaluus à Corduba, Oeconomum interim eligendum Regia vice putauit, elegitque Don Io. Guttierez Canonicum Scalensem 10. Februarij 1628. ad quem dicuntur datæ litteræ ab Vrbe, vt Oeconomatu abstineat, quasi exercere non possit sine Pontificia concessione. Quibus per ipsum ea, qua decet, reuerentia responsum dicitur in facto aliud vigere, quam Sacræ Congregationi suppositum fuerit, cum Oeconomatus Regius origine, & vsu distinctus fuerit, & sit ab Apostolico, vt latius supra demonstratum est, & duodecim, & amplius Oeconomi Regia dumtaxat auctoritate hoc munus per tempora exercuerint, consuetumque sit, vacante Oeconomatu creari per Excellentiss.

Don Ioãnes Guttierez Oeconomus Regius Ducalis Interim.

Guber-

Gubernatores; Regia tantùm auctoritate qui interim Oecenomatum administrent, dum S. Maiestas de Oeconomo perpetúò deliberat, quæ vsu recepta fuisse apparet in Gallerato, Bacillerio, Stampa, fratre Hispano, Silua, Castano, Turrio seniori, Guttierez seniori, Pattanella, Duarte Ferrario, Costachiario, Turrio iuniori, Ferrerio, & Mola, quorum aliqui electiones Pontificias non habuere, alij post satis longum tempus ab electione Regia, & cœpta, illa auctoritate officij administratione.

Ex his mirandum videtur, Ecclesiasticos Mediolanenses hui⁹ Status iurisdictionalibus controuersijs innutritos, & quorũ ipsi pars magna fuere, coram Sanctissimo tanta dissimulatione hoc negotium pertractarre (coram quo tamen vti Dei, qui veritas est, Vicario summa sinceritate, & aperta veritate agere eos deceret) vt in suis facti informationib⁹ Oeconomatus sæcularis ne meminerint quidem, quasi de reformatione Pontificij dumtaxat tractandum sit, & Nouitates Episcopi Catię appellent concessionem placitorum appræhensionem possessionis beneficiorum cum fructuum custodia, & concessionem Regij, *Exequatur*, super citationibus, & alijs actibus iudicialibus Iudicum Ecclesiasticorũ extra Statum in Statu executioni mittendis, quos actus toties in controuersiam reuocatos toties Sanctissimi Pontifices permiserunt, & approbarunt; nec tamen mirãdum est, hisce artibus, & hac veritatis notorię suppressione eos subripuisse litteras Regijs iuribus præiudiciales, quas sperandum est, Sanctissimum cognita veritate facti reuocaturum, vt alij etiam Sanctissimi prædecessores præstiterunt, qui originales litteras Oeconomis præiudiciales ad minus veras preces conquerentium Ecclesiasticorum huius Status editas reuocarunt.

Spes, & illuminatio mea Dominus.



I Sanctissimo VRBANO VIII. Oeconomatus Regij in Mediolanensi Ducatu officium eâ, qua decet coram tanta Maiestate, quæ Diuinæ proxima est, sinceritate ob oculos positum, nec confictis iurisdictionis vsurpationibus in odium, inuidiamq; adductum fuisset, nunc Regijs Ministris nullus labor esset insumendus in conquisitione probationum rei notoriæ, in propugnatione muneris supra omnem memoriam instituti, in tuenda iurisdictione toties per Summos Pontifices approbata, quoties Ecclesiasticorum huius Status custodem beneficiorum odentium, qui non tam Regis, quàm Summi Pontificis gratia circa Beneficia inuigilat, animus contra Oeconomum insurrexit. Conatus ideò in illo vno erit, vt Sua Sanctitas intelligat, nihil fieri per Oeconomum, quod Sacris Canonum Decretis aduersetur; nihil, quod non alijs in Regnis Principum Christianorum seruetur, nihil quod non Summorum Pontificum consensu fuerit confirmatum.

Oeconomus Mediolanensi in Statu tria potissimum, peragit. Regis nomine, prouiso vel per Ordinarium, vel per Papam, si nil habet iuridicum, quod opponat, Regium placitum concedit. Apprehendit possessionẽ vacantium beneficiorũ nomine successuri canonicè, & cum Regis approbatione; & fructus ad illius vtilitatem, & eius vice custodit. Videt Iudicum Ecclesiasticorum extra hunc Statum acta iudicialia in hoc Statu executioni mittenda, & curràt, vt executio fiat sine status publici turbatione. Primum, cautela est, ne beneficiatus postea eijciatur. Secundum, ne laici, vel clerici sine titulo, & infensi Regi vacantia inuadant, & fructus occupent. Tertium, præuenit cõtentiones laicorum aduersus Iudicum Ecclesiasticorum decreta. Nec in vllo istorũ capitum iudicium coram Oeconomo instituitur, aut plena cognitio adhibetur, nec quid exercetur, quod iurisdictionẽ

iudicialem, aut contentiosam sapiat, quicquid assingant aduersarij, quibus de iure incumbebat onus in hac etiam tractatione partes negatoriã instituentiũ sustinentibus, vti actoribus, probare libertatẽ assertã, *Guido Papæ decis. 629. n.21.22.* & in facto turbationem, & in iure eius iniustitiam.

Primum caput capiendo. Non est in dubium reuocandum, prouiso de beneficio posse per quemcunq; interesse habentem, siue Clericum, siue laicum opponi ea, quæ prouisionis consumationem possunt impedire, siue de Prælatura agatur, siue de alio beneficio; quando ex generali cuiusque interesse, quod Ecclesia habeat non solum Prælatos, sed etiã alios Clericos bonos, id indistinctè admittunt, *glos. in verbo plebe, in c. illud 23. dist. Innocen. in cap. super his. n. 7. Io. Andr. ibid. num. 6. de accusationib. Mandegotus de Electione Non. Prælati in Miscellaneis tit. Electus an reprobari possit, versic. Electus Episcopus tract. Venet. to. 15. parte 1. pag. 438. Bellamera in c. cum inter R. nu. 11. de electione,* & alij, quos congerere necesse non est, cùm in practica obseruari, quod arbitrio Iudicis admittantur, qui generali ista ratione nituntur, testetur *Zabarella in d. c. super his. num. 11.* qui de iure omnes admitti debere non diffitetur. Aduersus autem curam animarum habituros, etsi alias sua interesse non videatur, quemcunque admitti voluere *Innocent. d. num. 7. versic. quidam tamen. & Giminian in c. vt circa c. 8. & 9. de elect. in 6.* licet respectu simplicis Clerici aliud sentiant. Planè illud receptissimum est, particulare interesse in causa esse, vt nedum accusari per Clericos, & Laicos possit, qui iam prouisus est *vt post alios Quinctil, Mandos. cons. 58. nu. 12. vbi de communi.* sed prouidendo possit opponi, quidquid aduersus Clericalem honestatem, & bonam administrationis rationẽ in Clerico cernitur criminis notã dignum, etiamsi qui opponit, vilis sit, vel criminosus, *Innocent. d c. super his nu. 7. vers. & quod dictum est vbi Abbas. nu. 10. 11. & 21. Aret. nu. 35. 35. 38. Felyn nu. 6. Io. de Anan. num. 7. Io. And. num. 6. & alij ibid. Geminian. d. c. vt citra col. 9. Abbas in c. ex parte Adæ nu. 6. col. 1. & 2. de testibus, vbi Fel. num. 8. Mysinger. nu. 7. & 10. Oldrad. cons. 101. Io. Lup. in*

Intro-

Introductione ad rubr. de donat. inter virum, & vxorem num. 30. *Alex. de Neuo. cons.* 48 *nu.* 7. Huius particularis interesse tria afferuntur per DD. exempla ad rem nostram facientia: alterum subiectionis futuro beneficiato, cuius etiam ratio Regem respicit, in quo omniũ subiectorum commoda vniuntur, & cuius tamquam patris publicæ familias interest, omnium curare animarum salutem, & ad electionẽ vocatur vt consentiat in electionem illius, quem sibi, & Populo suo videt Rectorem dari, *Geminian. in cap. Principib.* 63. *distinc. ex textu in c. vota eadẽ dist.* Secundum patroni, qui ius quoddam affectionis, & sollicitudinis circa beneficium, cui non dissimiles sunt Principes laici, quos Ecclesia patronos, tutores, & suæ immunitatis, ac dignitatis auctores, defensoresque acclamat, vt sacrarum Litterarum testimonio confimat *Renatus Choppinus Monastican. lib.* 2. *tit.* 2. *nu.* 12. *versic. quum, & illum*; & ipso iure esse Ecclesiarum Protectores asserit *Mar. Ant. lib.* 1. *resol.* 6. *nu.* 6. Tertiũ est Dominorũ temporalium, maximè Regum, vel iura Imperij habentiũ, quibus Oeconomicopolitica quadam ratione respectu publicæ quietis Eclesiastici subordinantur.

In his duo consideranda, tempus, & qualitas oppositionis. De iure oppositio fieri potest ante prouisionem, & post, & oppositio electum impedit confirmari, cõfirmatum consecrari, consecratum in possessionem immitti; possessori autem cum sit, transire videtur in accusationem, *textus, & ibi omnes in d. c. super his de accusationibus*, §. *si quis autem, auth. quomodo oporteat Episcopos*, §. *si quis auth. de Sanctissimis Episcop. Io. de Selua. de beneficijs parte* 2. *q.* 23. *nu. fin.* In facto autem Mediolanensi in Ducatu variatum est, cum Vicecomitũ, & Sfortiarum temporibus denũciatio, & oppositio fieret ante impetrationem. Gallorum autem, vltimi Sfortiæ, & Catholici Imperatoris, ac Regum nostrorum temporibus fieri cõsueuerit post impetrationem ante possessionis assecutionem; quæ varietas nihil officit, quia in substantia ius Domini tẽporalis in id semper directum est, vt possidere non deberent beneficia, qui iuridicas paterentur obiectiones, ad quarum propositionem Princeps ante possessionem interpellaretur,

vt in simili multis probat *Sulgado de Regia protectione parte 3. cap. 10. num. 306. ad 319.* quemadmodùm nec Hispanis Regibus non dissimilis variatio circa Episcopatus obfuit, quam refert *Garzias de beneficijs parte 5. cap. 1. n. 216. & latius Salgado de Regia protectione par. 3. cap. 10. n. 227. ad 233.* cum nec Summi Pontifices eundem retinuerint tenorem in Ecclesia circa collationem beneficiorum, sed progressu tẽporum plurima mutauerint, vt plenè demonstrat *Bursat. cõs. 126. per totum.*

Sanè cum hęc posterior forma magis iuri consona sit, & minus restringat libertatem Ecclesiasticam (nam nec antiqua illa libertatem tollit, vt si opus esset, probari posset) præsumẽdum est, mutationem ex Summorum Pontificum dispositione, & Dominorum temporalium in eos propensione processisse, ex qua in effectu nihil diminueretur antiqui iuris, quæ præsumptio tam diutino centum, & vltra annorũ cursu inducta sola sufficeret pro priuilegij probatione, vt mox dicetur. Hanc formam non modò iuri conformem esse, sed etiam Ecclesiasticorum commodo inductam, & ad eorum cautelam, certum est; quippe retentò (quod mox probabitur) posse Principem opponere, & posse citra priuilegiũ, vel consuetudinem requiri post electionem ante confirmationem, vel possessionis beneficij assecutionem, Ecclesia, consultius esse, suæ dignitati, & publicæ honestati, ac minoris verecundiæ electo esse putauit, requiri Principis, & patroni placitum ante possessionem, antequam non dicitur obtineri beneficium, *Gonzales. ad reg. 8. Cancellar. §. 3. proem. nu. 28. seqq. Monald. cons. 104. num. 37. lib. 1.* quàm relinqui locum eiectioni possessoris, cum illa non admissio possit clã multis sequi, eiectio publicè sequi soleat, possessione notorietatem in loco beneficij inducente; vndè cùm turpius sit eijci, quod scandalum annexum habet, cautius fuit aleam subire non admissionis. Propterea Patroni, & Principis sęcularis assensum peti ante perfectionem prouisionis, vel electionis ad cautelam, vt opponat antea, quicquid postea opponere posset, tradidere Canonistæ, *Zabarell. in cap. Nobis §. cæterum nu. 10. de iurepatronatus,* vbi *Io. de Annania num. 4.*

Bu-

Butr. nu. 19. *Anchar. num.* 8. *Abb. in cap. cum terra nu.* 2. *Decius in cap.* 1. *num.* 19. *de electionibus Selua. d. q.* 23. *num.* 27. & *q.* 7. *parte* 1. *num.* 30. *d. tract. Marcus decis.* 1024. *num.* 6. *Io. Lupus de Libertate Ecclesiastica parte* 2. *q.* 13. *nu.* 5. *Moditius in* §. *Plebiscitum dubitat.* 90. *nu.* 1. *versic. Ad electionem.* quam rationem in populi consensu militasse, vt testimonium virtutis præcederet, ne qua postmodũ retractatio cuiquam, ne quis scrupulus resideret, docuit textus *in c. licet* 8. *q.* 1. & *Turrecremata in c. Cleri.* 63. *distinct.* Ex hac cautela sequitur clare, posse, ac de honestate Ecclesiastica requiri decere patronum, ac Principem, vt electioni, siuè prouisioni consentiat, etiam vbi nullo priuilegij expressi, aut particularis consuetudinis vinculo Clerus adstringitur, neque id iuri repugnare, quod etiam tradidere *Imola d. cap.* 1. *ante num.* 1. *vers. Nota, quod postquã, glo. in c. Abbatem Monasterio* 18. *q.* 2. *Bellam. in c. cũ inter vniuersas num.* 5. & *nu.* 7. *versic. de septimo,* vbi *Zabarella nu.* 5. *in* 4. *opposit. de electione, Butrius d. c. cum terra. num.* 10. & 17. vbi *Imola ante num.* 1. *versic. No. quod postquam,* & *versic. No. quod Rex. Butrius in c. quod sicut. nu.* 18. 19. *iuncto nu.* 16. *de elect. Cassaneus in Catalogo Gloriæ Mundi parte* 5. *considerat.* 24. *nu.* 194. *Muta ad Capitula Regni Siciliæ cap.* 21. *nu.* 33. *versic. dummodo,* & 34. *cum seqq. tom.* 3. & latissimè *Anastas. Germonius de Sacrorum Immunitate lib.* 3. *cap.* 11. *à num.* 20. *ad* 26. & *cap.* 12. *à nu.* 42. *ad* 47. qui ferè omnes, concludunt, id maximè, fortiusq; procedere, vbi talis requisitionis consuetudo militat. Vndè tollitur, quæ obijcitur in Principe laico incapacitas, cùm imò ex ipsius iuris Canonici dispositione semper opponere electo, vel prouiso possit, & Ecclesiasticorum commodo cedat placiti ante possessionem requisitio oppositionum præuentoria. Quin Principis laici assensum in sacris quibusq; Magistratibus designandis requirendum esse, vltra ea, quæ traduntur *in Decreto distinct.* 63. & *cau.* 23. *q.* 5. & *in Decretalibus c.* 14. *de elect.* & *c.* 25. *de iurepatronatus.* varijs Sacrorum Virorum testimonijs, exemplisq; probat *Renatus Choppinus, Monasticon. lib.* 1. *tit.* 1. *nu.* 10. *versic. Nam præter, vsque ad finem pag. mihi* 28. & *seq. Conradus in Templo Iudicum lib.* 2. *cap.* 5. §. 1. *tit. de Electio. qualiter fiat, num. fin. iuncto num.* 2.

Neque

Neque in hac materia, aut electionis libertas, prouisionisue facultas tollitur, vel restringitur, aut iurisdictionalis actus circa Ecclesiasticas personas cognitione exercetur, quia nec elector, aut prouisor Princeps est, nec cognitor: sed suo iure vtitur opponendi contra prouidendi personam, & edictum in hunc sensum publicatum, non dicitur esse de aliena iurisdictione, *argumento textus omninò videndi in cap. venerabilem, §. obiectioni, de Electione, & electi potestate.*

Oppositio autem tàm patroni, quàm Principis (nam DD. quod vni tribuunt, alteri etiam in hac specie concedunt, etsi in alijs non parum differre inter se agnoscant) circa duo versari potest; circa moralia, & politiam, & in vtrisque Princeps non iudicat, sed denunciat, & opponit. Moralia respiciunt, vel crimina ipsa, vel qualitates aliæ, quæ idoneum non esse promouendum demonstrant; vt quod sit prodigus, inhonestus, & malus dispensator, vel administrator, irregularis, vel excommunicatus, vt de patrono probant *Io. Andr. d. c. nobis, num. 12. Ancharan. num. 9. Zabarella. d. §. cæterum. nu. 10. & alij passim.* De Principe verò sæculari, in quem suspicio interesse pecuniarij cadere non possit, cuiusmodi est casus noster, cùm fructus beneficiorum non Regi quærantur sed conseruentur successori, tradidere *Butrius in d. cap. nobis. nu. 19. & in cap. super his de accusationibus. nu. 22.* vbi *Innocent. nu. 8. Abbas num. 13. Io. Andr. num. 6. versic. Quid si Princeps. Anchar. nu. 14. vers. Cuius gratia quærit. Abbas in d. cap. ex parte Adæ num. 6. post medium. vers. Plenius Innocent. Selua. d. parte 2. q. 23. num. 64. seqq. Restaur. Castaldus de Imperatore, qu. 100. num. 23. Tract. Venet. to. 16, fol. 72. Abbas Antiquus, cum terra in fin. de elect.* Et hoc ipsum morale Principis interesse ponderatur in denunciatione, quam consuetudo induxerit mortis Prælati, & petitione licẽtiæ electionis successoris. *Abbas in d. cap. cum terra. nu. 4. vbi ait benè notandum,* & post alios *Io. Lupus in d. introduct. num. 28. vers. Potuit. Azorius Institut. Moral. to. 1. lib. 5. c. 19. versic Consuetudo quæ Ecclesiæ. in fine. Molfesius in consuetudines Neapolitanas to. 1. cap. 5. nu. 58.*

Politicum autem interesse, quod respicit quietem status, & con-

conseruationem publicam, ac bonum regimen, ipsumque diuini cultus augmentum, quod sequi non potest, si Ecclesiasticis Princeps sæcularis fidere nõ possit. *post alios Viuian. de iure patronatus. lib. 2. cap. 9. num. 22.* adeò fouere sacri Canones, vt inter necessarias idoneitatis partes reposuerint promouendi ad beneficium *cap. Reatina, vbi glos. in verb. Licentia. cap. quia igitur. cap. vota. 63. distinct. & cap. innotuit. de electione. Gonzales. ad regul. 8. Cancell. glo. 4. nu. 164. seqq.* ideoq; nedum Princeps opponere potest vitium personę ipsius, sed etiam familiæ, vel patriæ, ex quo suspicio ei oriatur, quod singulare esse in hac materia, notant *Felinus d. cap. super his. num. 6. in fin.* vbi *Io. Andr. num. 6. versic. Quod si Princeps, & Butrius d. cap. nobis. num. 19.* vbi *Io. de Anan. num. 10. vers. Idem dicit. & ante hos Geminian. in cap. vt circa, col. 10. versic. Vnum tamen notabile verbum. de elect. in 6. & in cap. nono in fine, per illã glo. dist. 21. Vranius in cap. petitio, nu. 3. de testib. Barbatia. cons. 11. num. 4. lib. 1. Cuccus Institut. Canonic. lib. 4. tit. 4. nu. 33.* idq; etiam si Princeps alioquin suspectus sit ob aliud interesse, (pecuniarium puta) ad opponendum procedere; nulla enim suspicio status tranquillitati præiudicare debet; ita *Innocent. d. cap. super his. num. 8. in fin.* vbi *Abbas num. 13. Io. Andr. num. 6. Butrius num. 22.* non solum si Prælatus à Principe possideat temporalia, vt per *Hostiensem in summa de elect. versic. Quis possit. ibi, sine causa ideò dixi,* sed etiam si nulla temporalia ab eo habeat, quia sufficit interesse illud, quo nullum grauius est, quod Princeps possit timere turbas, & tumultus, & suspicetur periculum statui, vel reuelationem secretorũ eius dominij, vel quid simile bono regimini præiudiciale, cum Ecclesiarum Rectores pars ciuilis quietis non exigua sint, ita docet *Abbas in c. quod sicut num. 7. de elect. Selua d. q. 23. nu. 26. & 31. Renatus Choppinus Monasticon. lib. 1. tit. 1. nu. 10. pag. 29. Germonius d. cap. 11. num. 21. & cap. 12. num. 42.* ideoque quàm maximè eius intersit nosce, qui in eius Regnis Ecclesias sint administraturi *post alios Couaruuias in reg. possessor parte 2. §. 10. nu. 5. versic. olim, Salgado de Regia Protectione, parte 3. cap. 10. nu. 241. Aufrerius. de potest. secular. in Ecclesiast. personas reg. 4. n. 45. Tract. Venet. to. 16. fol. 296.* Quod si iura in patro-

no priuato, cuius turbatio rem publicam, & Ecclesiasticam non conturbat, planè admittunt, & præcipuam ex iustis causis dicunt, vt per *Butrium d.c. nobis nu.* 19. vbi *Henric. Boich. nu.* 4. *&* *Zabarella d.* §. *cæterum num.* 10. Fortius in Principe admittendum est, cuius tranquillitas Ecclesiæ communis est; quæ negari non potest, quin publicæ familias maxima pars sit, quem propterea *Innocent. Abb. Io. Andr. Butrius, Ancharanus, & alij in d. c. super his.* supra allegati præ alijs ad opponendum prouiso, & electo afferunt, & potius quam alium, admitti. Proinde volunt Canonistæ, Principem posse hęc opponere prouiso, quem non tenetur admittere, si ei confidere non possit, idque dicunt omnes notandum, & in facto seruari *Abbas in cap.* 1. *num* 9. *de elect.* vbi *Decius nu.* 19. *Abbas in cap. cum terra nu.* 2. *vbi addit. ad Hostiensem in verbo respicit Regem. Abbas c. quod sicut,* §. *super eo num.* 7. *vbi de communi, de elect. vbi Bald. in fin. & Add. ad Compostellan. num.* 37. *litt. A, vbi de communi Hostiens. nu.* 3. *Zabarella num.* 3. *Butrius nu.* 16. *Anchar. nu.* 5. *Io. Andr nu.* 3. *Bellamera nu.* 25. *Henric. Boich. d. c. super his nu.* 17. *vbi Felin. nu.* 6. *Io. de Anan. d. c. nobis nu.* 4. *in fine, Selua. d. q.* 23. *num.* 3. *&* 26. *Præpositus in c. porrò* 63. *distinct. Io. Lupus in dicta introduct. nu.* 29. *versic. Vnde si Rex. Gonzales. ad reg.* 8. *Cancell. glo.* 5. *nu.* 166. *Azorius tom* 2. *Institut. Moral. lib.* 6. *cap.* 14. *versic. Quæres. ibi, Potest tamen Princeps. Barbatia. cons.* 11. *num.* 9. *lib.* 1. *Grassus. de effectibus Clericatus effectu.* 1. *nu.* 1038. 1039. *Marcus. decis.* 1024. *&* 1390. *lib.* 1. *Gregor. Tholosan. in Partitione Iuris Canonici tit. de Electione cap.* 5. *num.* 21. *& cap.* 19. *num.* 15. *versic. Potest etiam, Conradus. Templi Iudicum, lib.* 1. *cap.* 1. §. 3. *tit. Iura Papæ non vsurpet. nu.* 4. *Petrus de Baisio: in Directorio Electionum cap.* 6. *primæ partis num.* 3. *&* 4. *Tract. Venet. to.* 15. *parte* 1. *pag.* 382. *Probus. de Iure Regaliæ. q.* 35. *nu.* 10. *Tract. Venet. to.* 12. *pag.* 400. *Couarruuias d. nu.* 5. *versic. olim. Salgado d. cap.* 10. *nu.* 240. communem dicit post alios *Schraderius de Feudis, parte* 9. *cap.* 5. *nu.* 43. *Afflictus in Prælndijs Constitut. Regni q.* 18. *num.* 7. *&* 8. *Muta. in Capitula Regni Siciliæ to.* 3. *cap.* 21. *nu.* 35. 36. 37. *Menoch. in Manuscripto Tract. de Iurisdict. lib.* 3. *c.* 29. *in princ. Aeneas Falcon. in addit. ad Abbatẽ in c. cũ in cunctis* §. 1. *in v. Dominus temporalis, versic. vel quia, de elect.*

Et licet Falconius ibi videatur dicere, quod nullo modo de iure potest Princeps resistere, remittendo se ad *Abb. in d. cap. quod sicut*; tamen Abbas ibi non dubitat de dicto Innocentij, qui hoc primus obseruasse videtur, quod dicit communiter recipi, sed excitat solum contra id, quod ante debeat peti licentia eligendi, ex quo videatur aliquo modo libertas electionis infringi, qua de re mox dicetur. Alij enim DD. volunt Principem, qui ante non opposuit, quia ignorauit, quis esset promouendus, posse post promotionem se opponere *ad tradita per DD. in cap. quod sicut, vbi Io. Andr. de elect.*, nec simplicem tantùm oppositionem admittunt, sed, quæ cõseruet cum effectu ius Principis intactum, & possessionem beneficiati excludat, per quam durior Principis cõditio redderetur, qui subire periculum non debet, admittendo in suo statu ad beneficium virum suspectum sibi, sed debet præcauere; ideo, Abbas à quo alij non discordant, ferè vbique vtitur clausula illa: *Non tenetur Princeps admittere suspectum; potest non admittere*, & post alios *Gonzales. d gl. 4. num. 166. & Belletta Disquisition. Clerical. parte 1. tit. de fauore Clericorũ personali §. 5. n. 4. post plures quos allegat. Barbatia. cons. 11. num. 9. lib. 1. Conradiis d. §. 3. tit. Iura Papæ non vsurpet. nu. 4. versic. Immo etiam. Petrus de Baisio d. cap. 6. num. 5. Gigas de crimine læsæ maiestatis lib. 1. q. 21. num. 30. seq. Tract. Venet. to. 11. parte 1. fol. 40. Schrader d. nu. 43. vbi communem. Afflict. d. q. 18. num. 8. & 9. Menoch. d. cap. 29.* & seruari bene de iure, & de facto ait *Io. de Anania*, & bene notandum, & quotidie practicari, aiunt *Geminian. Felinus & alij*, & posse Principem prouiso se opponere, ait post alios *Rebuffus cons. 189. nu. 6.* & posse promotum per Principem sæcularem licitè repelli secundum omnes, dicunt *Felin. d. cap. super his num. 6. Butrius d. c. nobis nu. 19.* & posse Principem non admittere recusare, ait *Viuian d. tract. lib. 2. cap. 9. nu. 20.* & posse resistere venienti; ait *Enriquez cons. 9. nu. 25. seqq.* & non admittere, ac eijcere, *Baiard. ad Clarum q. 36. nu. 6.* & non admitere, ac forbanire, post alios *Grassius de effect. Clericat. effectu 1. n. 1038. & 1039.* & resistere prouisioni etiam per Papam factæ, *glo. in reg. 40. Cancellariæ versic. Ex quo etiam sequitur*; & impedire

in suo Regno, ne posit labere Prælaturam. *Restaurus Castaldus de Imperatore q.100. nu. 23. Tract. Venet. to. 16. fol. 72.* & repellere, ait *Muta.d. cap. 21. num. 37.* nimirum, quia licet Ecclesiæ fauendum sit, non tamen ita, vt respublica graues in suis rebus inueniat difficultates, vt in simili *Calderin. cons. 21. de constitutionibus, Bardellon. cons. 31. num. 15. & 19.* & quia Status Ecclesiæ, vel Regni non potest peruerti per Papam, etiam cum Regis consensu, quod magis est, *Rebuffus cons. 15. num. 6.* & satius est in aliquo Ecclesias leuiter grauari, quàm id admittere, per quod & laicorum, & omnium Ecclesiarum status vniuersalis euertatur, vt per *Gulielmum à Sancto Benedicto in cap. Rainutius in verbo. Et vxorem decis. 2. num. 112. de testamentis*, & non dicitur statuere contra libertatẽ Ecclesiæ respublica, si publicam vtilitatem præferat vtilitati Ecclesiæ. *Natta cons. 515. num. 6.* Nec dubium esse debet, quin Principis causa deterior efficeretur, si ante possesioñẽ non requireretur assensus; quia facilius impeditur promotio, quam deieiectio, & nõ admisio tolleratur, vbi negatur eiectio, *Belletta d. §. 5. nu. 3. & 4.* vt in mercatore extero, *Io. Baptista à Sancto Seuerino in l. omnes populi num. 103. 104. ff. de iustitia, & iure. vbi Crottus num. 93. Francis. Marchus decis. 346. lib. 1. Iacobin. de Sancto Georgio de feudis verbo Dux versic. Item quæro num. 1. Tract. Venet. to. 10. par. 1. fol. 180.* & facilius nõ admittitur beneficiatus, quàm expellatur, *Barbatia cons. 11. num. 9. versic. Et si dicatur, lib. 1.* & leuiores in illa causæ sufficiunt, quàm in ista, vt in infamia facti potest exemplum poni, quæ repellit promouendũ, non deijcit promotum; *Garzias de beneficijs parte 7. cap. 8. à num. 33. ad 37.* quòd si ratione periculi pro defensione, & conseruatione status nedũ in bona, sed etiam in personas Clericorum possunt Principes sæculares manus inijcere, non auctoritatiuè, sed defensionem exercendo, ait *Mascard. de Generali Statutorum interpretat. concl. 1. num. 206. & seq.* quantò magis poterunt præuenire periculum non admittendo, & sic non inijciendo manum in Clericum, nec in bona? ipsa enim admisio suspecti, periculum esset.

Sicut autem criminis denunciatio, dum pendet, impedit promotio-

motionem, *Garzias d. cap. 8. nu. 6.* ita æquum fuit, pendente tempore ad denunciandum post prouisionem de beneficio nihil circa possessionem attentari in præiuditium Principis ignorantis, quis prouisus sit, qui ab ipsa prouisione potest appellare, si vult. *Bald. d. c. quod sicut, in fine, vbi Hostiens. num. 3. Bellamer. nu. 25. Zabarella num. 3 Ancharanus num. 5. alij passim* propterea ne vel adeptione possessionis iniuria fieret Principi, vel dilatione vacantia beneficia sentirēt incommodum, canonica cautela inuenta est, vt Principi prouisio ante denunciaretur, vt postea ipso placitum impertiente possessio quietè caperetur. Nec caret suo iuris Canonici effectu hæc beneplaciti Oeconomi Principis sæcularis expectatio; nam ea pendente euectus ad Episcopatum non priuatur beneficijs, quæ habebat, donec possessionem à sæculari Domino habuerit, *vt per Cuccum d. lib. 4. tit. 4. num. 62. Christophorum Roffiniacū tract. de beneficijs cap. 5. nu. 3. tract. Venet. to. 15. par. 2.*

Nedum autem id Principi licet, sed subditis etiam laicis; possunt enim, & ipsi licitè opponere se, ne certa persona eligatur, vel promoueatur, quia inimica sit Domini temporalis illius loci, *vt per Io. de Anania d. c. quod sicut num. 3. vbi Ancharan. nu. 5. de electione.* Quin & illud obseruandum est aliquos Doctores sentire confidentiam positiuè requiri, & interesse in eo ponere, quod non sit persona, de qua Princeps possit confidere, *vt post Butrium, Cotta memorali Episc. Mandagotus de electione Noui Prælati in Miscellaneis tit. Electus an reprobari possit. versic. Electus Episcopus. Ttract. Venet. to. 15. par. 1. pag. 438. Muta in capitula Regni Siciliæ to. 3. cap. 21. nu. 37. ad finem, & cap. 12. num. 17. to. 6. vbi quod potest Rex repellere;* ꝙ satis rationabile videtur quia etsi aliqui voluerint gratum in dubio cēseri prouisum, nisi probetur ingratus, tamen verior videtur negatiua sententia, quia cū ista qualitas sit pars idoneitatis, non præsumitur in prouiso, sed probari debet, vt & aliæ. *Gonzal. ad reg. 8. Cancell. glo. 5. nu. 169. iuncto nu. 164. & 166. Guliel. Mandagotus de electione Noui Prælati par. 3. forma 3. in Addit. in litt. F. vers. Adde quod electus. Tract. Venet. to. 15. par. 1. fo. 434. à tergo,* & quia positiua suspicio, &

 diffi-

diffidentia, quæ exosum reddit Ecclesiasticum, non parit hunc simplicem effectum, sed etiam operatur, vt debeat legitimè amoueri, nec postea reponi, ne scandalum sequatur, *vt per Castrens. in l. quicunque nu. 1. vbi dicit per illum text. Doct. ita tenere. C. de Episcopis, & Clericis. Abbas in cap. 1. num 8. de elect. Viuian. d. tract. lib. 2. c. 9. nu. 21. Petra de potestate Principis c. 32. §. subijciamus nunc, num. 26. Gonzales. d. tract. glos. 5. nu. 167. Belletta disquisitionum Clerical. par. 1. tit. 1. §. 15. n. 19. qui idem dicit de Parocho nu. 18. Natta cons. 425. nu. 8. Cotta in memorali Episcopus electus, Cuccus institut. Canon. lib. 4. tit. 1. nu. 109. Conradus Templi Iudicum lib. 2. c. 5. §. 4. nu. 60. Petr. de Baysio d. tract. c. 4. secun. par. nu. 1. & 2. Guliel. Mandagotus de Elect. Noui Prælati in Miscellaneis tit. electus an reprobari possit, versic. Electus Episcopus, tract. Venet. to. 15. par. 1. pag. 438.* Nec enim inuitæ sponsæ sponsus, nec Principi Prælatus, nec populo Rector dandus est, *d. cap. vota, & cap. fin. 63. distinct.* quia coactio malos exitus habere solet, & difficiles. *Rebuffus cons. 107. nu. 2. ad finem*; ideòq; nedum Episcopus inuitis dari non debet, & minus gratus; ne Episcopum non optatum plebs inuita contemnat, aut odio habeat, *cap. si fortè 63. distinct. Turrecremata in cap. nulla ratio, nu. 2. 62. distinct. Io. Lupus de introduct. num. 29. ad fin.* Etiamsi à Papa dandus sit, vt per *glo. in verbo Rogauerunt. cap. in nouo 21. distinct. vbi Geminianus latè Greg. Tholosan. in Partitione Iuris Canonici. tit. de electione cap. 5. nu. 22. Conradus in Templo Iudicum lib. 2. cap. 5. §. 1. tit. Exceptiones in electione Episcopi col. 2. versic. Neque etiam à Papa, vbi quod non cogitur admitti, sed potest recusari.* & Principi suspectus, & qui non diligitur, non est dandus in Episcopum, *Castrens. d. l. quicunque num. 1. Innocent. d. cap. super his, num. 8. Io. And. d. c. Nobis nu. 12. vbi Zabarella nu. 10. Ancharan. n u. 9* & electio, siue promotio Episcopi retractatur reluctante populo, à quo scandalum timeatur, *Abb. d. cap. 1. nu. 8. vbi Decius num. 18. Turrecremata d. cap. nulla ratio. num. 2. 62. distinct. Barbatia in Clement. Ne Romani. colum. 30. versic. Facit etiam, de elect. & cons. 11. nu. 9. lib. 1. Viuian. d. tract. lib. 11. cap. 4. nu. 22.* quod populorum ius in Principe non est ambigiuum residere, cum populi appellatione regentes populum veniant,

Bellam.

Bellam.in c.fin.num.18.de consuetud.; sed etiam in Curatis beneficijs tenetur Episcopus canonicis sanctionibus, facere, in quantum potest, vt Rectorem populis gratum, & cum eorum beneplacito deputet, & hæc est pars requisitæ à iure idoneitatis, vt post alios *Selua d.q.23.nn.35.Viuian.d.tract.lib.2.cap.9.num.18.19.Gonzales d.glos.5.num.164 & seq.Belletta Disquisition.Clerical.parte 1.tit. 1.§.15.num.16.17.& tit. de Clerico debitore* §.10.*num*.5. Cum in solo Papa speciale sit inter Ecclesiasticas personas, vt detur inuitis, vt per *Geminian.in.c.in nouo col.1.post medium distinct.21.*

Nec enim vtraq; ratione attenta, quæ generaliter militat in omnibus beneficiatis, probabilis differētia constitui potest inter maiora, & minora beneficia, maiores, & minore dignitates. Ideoq; magistraliter tradi, vt forma Sacrorū Canonum instituta in electione Episcopi seruetur in electionibus Decani, Præpositi, Archipresbyteri, Plebani, & similium personatuum, cuius formæ pars est, siue accessorium Principis consensus, docuit *Conradus in Templo Iudicum d. cap.* 5. §.1.*tit.Electio qualiter fiat; num.* 2. *& vltimo*; nam quæ ratio, & dispositio est totius ad totum, eadem est partis ad partem; & status conseruatio persæpè à minimorum custodia pēdet. Quin certum est, ius Canonicū magis in his gratificari Principibus sæcularibus; nam in dignitatem habentibus beneficijs electus auctoritate Domini tēporalis fit indignus alijs beneficijs, secus autem est in Curatis, & inferioribus. *Cuccus Institut.Canonic.lib.4.tit.1.num.104.105.& nu.150.& 153.* *In proposito autem nostro.Petrus de Baisio in d.Directorio Electionū cap.10.primæ partis nu.1. in fin.* De Parochis nulla esse debet difficultas ex supra traditis; & vlterius considerando, ipsos inter Ecclesiasticas personas Prælatorum appellatione venire, *Bellamera in cap.Romana. num.17.de foro compet.in sexto, post alios.Barbosa ad cap.cum ad Ecclesiarum nu.2. de offic.ordin. Caratus de iuribus Parochialib.tit.1.cap.7, Salgado de Regia Protect.parte 2.c.9. num.60.seqq. vbi quod beneficium curatum magnam dicitur habere præeminentiam*; & populus, qui eorum doctrina vti lacte educantur, & quibus caput sunt, ac Antistitis loco; facillimè eorum studia imbuere, & effectus adoptare (quod Christiana in Ecclesiasticos obseruantia anti-

quis, recentioribsq; exemplis non sint ob occulos ponere) ita vt ab eis, in quãcunqu; voluerint partem, facilè trahantur, vnde ab eis mala plurima tàm in spiritualibus, quàm in temporalibus timeri possunt, *vt in proposito nostro obseruat Anastas. Germon. d. cap. 12. num. 4. versic. Tanta est.* qua ratione, cum in alijs beneficijs gratificationi, aut alicui arbitrio locus esse possit, in Curatis beneficijs sacri Canones, sanctumq; Tridentinum Concilium voluerunt, Episcopum teneri digniori omnino conferre; *post alios Gonzales. d. reg. 8. d. glo. 5. à nu. 136. ad 145.* nimirùm; quod Ciuitati Episcopus est, & Dioecesi, hoc ipsum Villæ, aut Castro, Parochiæq; suæ curatus est, *arg. cap. Episcopi. & c. illud sanè. 80. distinct. & melius cap. legimus. vers. Quid enim. 93. distinct.* vt proinde & Dioecesis Parochia, & Episcopus Rector Parochialis, non malè dicatur, *Germon. ad Indultum Cardinalium. §. ac beneficia num. 46. Conradus in Templo Iudicium lib. 2. cap. 12. nu. 5. versic. Diœcesis tota.* Hoc verò Mediolanensi in statu attentis considerandũ est, cùm omni sua parte, vel vicinis cohęreat dominationibus, vel externos habeat collatores Episcopos, & Populus ipse Mediolanensis olim ex antiqua consuetudine vacantibus Ecclesijs Curatis Parochos sibi gratos Præsulibus præsentaret, quos instituerent; ex qua licet formale iuspatronatus non esset præscriptum; ius tamen erat quæsitum, vt sine legitima causa Præsul alium, quam præsentatum dare in Parochum non posset, *Abbas cons. 76. in primo dubio lib. 2. Aldobrand. in cons. 134. n. 10. seqq. & 23. lib. 2. magis cõmunem dicit Conradus in Templo Iudicũ lib. 2. c. 12. n. 2. vers. An autẽ. Decius cons. 134.* cuius consuetudinis Mediolanensis meminerunt *Rocchus de Curte. de Iurepatronatus in verbo Competens q. 25. num. 60. & in verbo Ipse, vel Is, num. 59. Lambertinus de iurepatronatus artic. 8. q. 10. princip. nu. 4. Ferretus cons. 33. nu.* 5. dicens etiam vigere Venetijs. *Viuian. d. tract. lib. 2. cap. 9. num. 23. vers. & Ideò* (qui licet videatur variare, secundum allegatos tamen intelligendus est) *& Gonzales. ad d. regul. 8. Cancell. glo. 18. num. 90. 91. & seq.* Cuius etiam consuetudinis ordo à Ducibus conseruandæ gratia editus erat, quem Senatum obseruasse, licet ipse illum improbet, testatur *Bossius de Principe nu. 223.*

Nec

Nec simplicia beneficia, aliaque curam animarum, aut magnam dignitatem non habentia excipienda sunt à regula necessitatis requirendi, placitum Principis, & eius interpellandi, vt si quid habet, opponere possit. Nam etsi aliqua residentiam non requirant in dominio, cuiusmodi sunt simplicia, ex recentiori generali consuetudine Ecclesiæ, quæ tamen antiquitus exigebant, vt per *Monaldum post alios cons. 89. n. 5. lib. 2.* tamen, cum multa etiam, vel ex speciali aliqua consuetudine possint residentiam exigere, vel quod per substitutum beneficiatus deseruiat, *vt per eundem cons. 98. nu. fin. lib. 2. & cons. 23. num. 3. & 5. lib. 1.* & in omnibus verificari possit, vt beneficiatus in beneficio velit residere, dicendum est, militante in omnibus eadem ratione, eandem etiam iuris militare dispositionem. Planè, licet aliqui Doctores, in maioribus dignitatibus considerauerint, quod Principes sæculares illas tenentibus aliquãdo sui Regni secreta communicent, & illos in consilium adhibeant, vt de Episcopis ait *Felinus d. c. super his. nu. 6. & Io. Lupus d. introduct. num. 30.* ea tamen ratio germana requisitionis assensus Principis à Canonum Decretis inductæ non est, quia ad ea, quæ rarò contingunt, leges referri non debent, *vulg. l. nam ad ea. ff. de legib.* sed vera ratio illa est, ne intra Regni viscera admittatur, quisquis ille sit maior, vel minor beneficiatus, qui possit Regni arcana perscrutari, vires inquirere, studia populorum indagare, & alteri reuelare, ideò *Innocentius,* qui primus videtur hoc obseruasse *in d. cap. super his. nu. 8.* indefinitè de electo ad beneficium loquitur, & rationem affert generalem, *quia Principis interest*, quæ ratio omnes compræhendit beneficiatos, de quibus *num.* 7. locutus fuerat. Clarius autem id patet ex ratione supra deducta, quam reliqui ferè omnes ponderant, adducta ad id *l. omne delictum. §. exploratores ff. de re molitari,* & meliori textu *in l. 4. C. de cõmercijs, & mercatoribus*, in quo Princeps non potentes, & primates tantum externorum Regnorum, sed ipsos etiam mercatores prohibet ingressu imperij vltrà descriptos fines, ne eius arcana scrutentur; quam rationẽ, *l. 4. C. de cõmercijs,* in proposito nostro allegant *Zabarella d. cap. quod sicut nu. 4. Bellamera*

 num.

num.25. Ancharanus num. 5. Io. Andreas num. 3. Zenzelinus ad Extrauag. Io. XXII. Execrabilem de Præbendis, in verbo diuersorum Regnorum in fine, Rebuffus cons. 189. num. 6. & alij passim. Vigere autem hæc ratio Mediolanensi in Ducatu potissimũ debet generaliter quò ad omnes beneficiatos, dupplici ex causa, quarum vnaquæq; iustè impulit Summos Pontifices, vt non contradicerent. Prima est, quia in facto notorium est, totum statum, quaqua versus oculos dirigas, esse limitrophum, & vnamquamq; Diœcesim pluribus externis dominis esse conterminam; qui plerumq; huius status quieti, malo eius fato, insidiantur. Nec vllam Christianam ditionem reperies, quæ pluribus tam breui circuitu, diuersisque Principibus cohæreat, & plures habeat obsidentes, quod operatur, vt etiam quietis rebus huius status inuigilandum sit, vt in simili *Menoch. cons. 800. nu. 36.* Nam inter finitimos huius status numerantur Heluetij, Rheti, Valtellinenses, Veneta Respublica, qua se Bergomatum, Brixiensium, & Cremonẽsium ager protendit, Mantuanus Ducatus, pluresq; Gonzagæ familiæ Reguli, Mutinensis, Parmensisque Duces, Ianuensis Respublica, pluresq; Imperiales Langarum in tractu Feudatarij, Montisferrati Marchio, Allobrogum Dux, Vallesij, Magnus Etruriæ Dux, pluresque Malaspinæ familię Marchiones. In iure autem illud certum est, oppositionem suspicionis Principis, & necessitatem eius assensus potissimum militare in locis limitrophis, in quibus etiam minimorum obseruatio necessaria est, vt in eis nedũ Episcopatus, sed nec alia beneficia sine Regis beneplacito teneri possint, quia Regis quam maximè interest; & hoc videtur esse priuilegium in corpore iuris clausum, nullo pacto violandum. *ita Add. ad Compostellanum. in d. c. quod sicut. num. 37. in litt. A, Gulielm. de S. Benedict. in cap. Rainutius. in verbo. & vxorem. decis. 2. num. 113. & nu. 114. versic. Et idem dicunt Doctores. de testamentis, Io. Feraldus de iuribus, & Priuileg. Regis Francorum num. 24. Tract. Venet. to. 16. pag. 176. Muta. in Capitul. Regni Siciliæ cap. 3. nu. 4. versic. Et idem to. 1. Rebuffus. cons. 13. nu. 6.* & tenere etiam videtur *Gulielm. Mandegotus de elect. noui Prælati parte 3. in princip. in litt. A, versic. Adde an possit.*

Tract.

Tract.Venet. to. 15. *parte* 1. *pag.* 433. Altera ratio huic finitima est, quod vicinorum Principum Episcopi non pauci plurima in hoc Mediolanensi Ducatu conferunt beneficia tam cum cura, quàm sine, vt Bergomensis, Brixiensis, Placentinus, Vercellensis, Astensis, Casalensis, Sarzanensis, Ianuensis, Cremensis, Aquensis Episcopi, qui ea originarijs, incolisuè alterius dominij, plerumq; conferunt, aut conferre velle præsumendi sunt. Illud autem in dubium reuocandũ non est, Dominum temporalem iustè posse opponere prouiso, non teneri illum admittere, qui incola sit alterius Principis, ne Regni sui arcana scrutetur; & illi reuelet, ita per *illam l.* 4. *C. de commercijs, & mercatoribus, notat Zenzelin. in d. Extrauag. Execrabilem in glo. diuersorum Regnorum in fine, quem in proposito refert, & sequitur Henrich. Boich. in d. cap. super his, nu.* 17. *de accusationibus. vbi Butrius nu.* 16. afferens exempla Bononiæ, & Florentiæ, quem refert, & sequitur *Muta. ad Capitula Regni Siciliæ to.* 3. *cap.* 21. *num.* 36. cui addi potest Veneta lex; de qua *Monaldus cons.* 102. *num.* 1. *& fin. lib.* 2. Et iustam causam dicit, & latè probat *Selua de beneficijs d. parte* 2. *q.* 23. *num.* 57. *seqq. &* 60. optimè *Rebuffus cons.* 189 *num.* 6. vbi quod nec ignorante Principe admissus iuuaretur regula de pacificis possessoribus; & hanc eandem rationem licet hos non referat, ponderauit *Hoyeda de incompatibilitate beneficiorum parte* 1. *cap. vlt. num.* 115. *versic. Alia. Azorius Institut. Moral. to.* 2. *lib.* 6. *c* 4. *versic. Deindè cum alienigenæ. Gregor. Tholosan. in Nouis Institutionib. beneficiorum cap.* 37 *num* 17. *versic. posset alia ratio reddi, Gulielm. Benedicti in cap. Rainutius in verbo Et vxorem. decis.* 5. *num.* 484. *versic. Præterea. Borellus de Regis Catholici Præstantia. cap.* 51. *nu.* 35. *versic. Nec enim, & nu.* 36. Quin hoc adeò verum est, vt talis beneficij collatio irrequisito Principe extero facta non valeat, vti secuta contra Ecclesiasticam honestatem, Principis tam iustum interesse fouentis, vt per *Rebuffum. d. cons.* 189. *num* 4. *iuncto d. num.* 6. vt proinde de iure Principis sæcularis circa placiti requisitionem, vt opponere prouiso possit, si quid habet, dubitandum non videatur.

Hanc concessionem placitorum aliquando Principes sibi voluerunt

fuerunt reseruatam, maiori tamen ex parte præteritorum temporum reseruatio Principi immediatè restricta fuit ad Episcopales dignitates, & electæ fuere personæ, quibus hęc cura commissa fuit quò ad alia beneficia singulis in Ciuitatibus, vel vnica, quæ toto in Dominio vices Principis sustineret, cum facultate alios in Ciuitatibus substituendi. Et licet Princeps non teneretur, nec cogi posset, vt Vicarium Generalem ad placita concedenda institueret, quemadmodum Episcopus ad beneficia cōferenda *ad tradita per Rebuffum cons. 71. num. 7.* (quamquam an per alium possint iura Regalia à Principe circa beneficia exerceri, latè disputet *Igneus in repetit. l. necessarios §. non alios à num. 331. ad num. 388. ff. ad Sillaniarum, Aegid. Magist. de Regal. cap. 8. Tract. Venet. to. 13. parte 2. fol. 441.*) attamen ne in grauissimorum negotiorum cumulo numerus beneficiorum ingens dilationes, morasq; Ecclesijsq; subditisq; præiudiciales, inijceret, si Principis consulta essent expectanda, ex quibus vacatio diuturna esset, quæ adeò damnosa est Ecclesiæ, populisque, vt obseruat *Michael Ani de Vnit. ouil. & Pastoris cap. 21. num. 15. Tract. Venet. to. 13. parte 2. fol. 42. Salgado de Regia Protectione parte 2. cap. 13. nu. 276. Lelius Zancus de Priuileg. Eccles. priuileg. 111. nu. 7. Faber. C. de SS. Ecclesijs definit. 51. in fine.* visum est Principibus, expedire aliquem deputare, qui hac in re Vicariam Principis operam petentibus pręstaret, ad exēplum Episcoporum Hispaniæ, de quibus *in cap. cum longè 63. distinct.* Quibus propterea vita functis, interim, dum alius substitueretur, nulli esse debet dubium, quin Princeps iure suo vtatur, si vel ipse placita concedat, vel interim alium designet, qui illa impertiatur, dum maiori consultatione eum eligit, qui vices semper sustineat, quia ex communi; Vicarium Principis absente Principe posse ad opponēdum interpellari (quod non magis de perpetuo quam de temporario Vicario DD. intelligunt) probant allegandi inferius, dum de consuetudine nunciandę mortis agetur.

Ius istud Principis canonicis sanctionibus comprobatum vsus ipse antiquissimus, & vltra hominum memoriam vigens cōsuetudo confirmauit. Nam & Vicecomitum, & Sfortiadum

Ducum

Ducum, & Gallorum Regum, & eo tempore, quo reciprocante bellorum æstu modo ad hos, modo ad alios Ducatus ferebatur Imperium, & secuto sæculo, quo diuina fauente gratia Serenissimæ Austriacæ familiæ, Regibusque nostris Catholicis subiectus est, cõsuetum illud, ac omnibus vsitatum fuit, non prius possessionem assequi beneficij Pontificia ordinariave auctoritate collati, quàm Ducis, eiusve Vicarij assensum obtinuissent, ne occasio daretur de eiectione, aut remotione contendendi: huncque vsum, & consuetudinem omnes Ecclesiastici sciuere, & obseruauere, aliquando etiã excitatis controuersijs ad Summorum Pontificum notitiam deduxere, qui re benè cognita non putarunt abrogandum, vt in facto expositum est. Huius vsus, & consuetudinis non solum quo ad Episcopatus, sed etiam quo ad reliqua etiam leuissima beneficia, vt ante possessio non capiatur, quam Oeconomus Principis temporalis beneplacitum concesserit ex hac ipsa ratione, quod Princeps suspectum possit dicere prouisum, testis est locupletissimus M. Antonius Cuccus. *institut. Canonic. lib. 4. tit. 1. num. 108. & 109. & lib. 3. tit. 7. num. 11.*

Ius huic mori, vsui, aut consuetudini assistere, vti habenti subiectam materiam canonicis sanctionibus conformem, non videtur ambiguum, satis quippe clari sunt vulgati *textus in c. lectis, & c. vota 63. distinct. c. cum terra c. cum inter vniuersas, c. quod sicut de elect.* idque passim canonistæ tradidere, *vt in d. c. cum terra Abb. nu. 2. Zabarella nu. 3. & 4. in fine. & Anchar. num. 4. & in d. cum inter vniuersos. Abb. nu. 4. Io. Andr. num. 11. Hostiensis num. 14. Butrius num. 15. Bellam. num. 5. & 7. vers. de septimo, Zabarella num. 5. in 4. opposit. Præpositus in c. Reatina 63. distinct. Io. Lup. d. introduct. num. 25. Azorius institut. moral. to. 1. lib. 5. cap. 19. versic. Prætereà consuetudo. ibi. Item teste eodem Abb. & to. 2. lib. 6. cap. 14. vers. Quæres, an possit, ibi & vt facta electione. Gregor. Tholosanus in Partitione iuris canonici tit. de Electione. cap. 5. num. 21. vers. Tradunt idcircò. ibi, seu quod requiratur, Rochus de Curte de statutis Sect. 6. num. pri. Tract. Venet. tom. 2. pag. 367. Menoch. d. cap. 29. versiculo, & ob id affirmant*, & alij supra relati, qui tale ius Princi-

pi

pi competere asseuerant. Quin hoc adeo verum est, vt à fortiori comprobetur receptissima eorum opinione, qui cẽsuerunt, consuetudine induci posse, vt ante nuncietur Principi mors Prælati, quam ad electionem procedatur, & licentia electionis ab eo petatur, & electionem, sine tali licentia secutam cassam esse, & inualidam ratione interesse Principis; quam opinionem tenuerunt Abbas, *cap. 1. nu. 9. vbi Decius nu. 19. de elect. & in c. pri. de consuetud. in fine. Innocentius in cap. quod sicut num. pri. de elect. vbi Abbas in §. super eo. num. 7. Compostellanus num. 37. Io. de Anania num. 3. Io. Andr. num. 6. Hostiensis num. 4. Bellamera num. 18. & 25. Zabarella num. 6. Butrius num. 6. Ancharan. num. 5. Æneas Falcon. in Addit. ad Abb. in cap. cum in cunctis, §. primo in ver. Dñus temporalis de elect. Abbas in cap. cum terra num. 4. vbi Add. ad Compostellan. in litt. A. Hostiens. num. 10. in fine. Bellam. num. 3. versic. & hoc intelligendum. Idem Abb. in d. cap. cum inter vniuersas num. 4. Henric. Boich. in cap. nobis num. 12. de iurepatronatus. Archidiaconus in cap. Reatin i num. 1. 63. distinctione* vbi Turrecremata, & Præpositus, *Barbatia c. licet ex suscepto num. 32. de foro competenti, & in c. P. & G. num. 70. de officio Deleg. & in cap. quod translationem num. 82. de officio Legati, & cons. 11 num. 9. lib. 1. Romanus singul. 190. vbi Add. Io. Lup. d. Introduct. num. 25. & 28. ad finem, Selua d. q. 23. num. 5. 25. & seqq. & num. 42. Rocchus de Curte de Iurepatronatus in ver. competens num. 60. & de statutis Sect. 5. num. 49. Tractat. Venet. tom. 2 fol. 367. Rendina tom. 1. promptuarij iuris tit. 23. num. 4. Barbosa ad cap. Messana nu 3. de elect. Azorius institut. moral. tom. 1. lib. 5. cap. 19. versic. consuetudo, quæ Ecclesiæ; ibi, potest tamen, vbi ait non obesse liberæ electioni, & ponderat interesse Principis non solum circa moralia, sed etiam circa conseruationẽ Status, & tom. 2. lib. 6 cap. 14. vers. Quæ res. ibi. Vnde potest, Marcus decis. 1024. lib. 1. Gregor. Tholos. d. cap. 5. num. 21. versic. Tradunt idcircò. Cuccus d. lib. 4. tit. 1. num. 108. Petrus de Baysio in directorio Electionum, cap. 6. primæ partis, num. 3. Tract. Venetor. tom. 15. parte 1. pag. 382. Probus de Iure Regaliæ quæst. 35. num. 11. Tract. Venet. tom. 12. pag. 400. Io. Feraldus de Iure, & Priuilegijs Regis Francorum num. 23. Tract.*

Venet.

Venet. to. 16. *pag.* 176. Salgado. *de Regia protectione, par.* 3. *cap.* 10. *num.* 229, 230. Couaruuias *in reg. possessor. part.* 2. §. 10. *versic. olim.* Cassanens. *in Catalogo Gloriæ mundi. parte* 5. *consider.* 24. *num.* 194. Siluester *in summa in verbo Electio primo. num.* 26. *versic. Ibi etiam dicit.* Muta *in Capitula Regni Siciliæ, tom.* 3. *cap.* 21. *num.* 23. 24. Afflictus *in Præludijs Constitut. Regni. q.* 18. *num.* 8. & 9. Borellus *de Regis Catholici Præstantia. cap.* 50. *num.* 16. Molfesius *in consuetudin. Neapolitan. tom.* 1. *cap.* 5. *num* 58. 59. *iuncto num.* 53. quam consuetudinem, vsq; adeo validam esse censuerunt, vt si Princeps abesset, denunciationem fieri voluerint eius vices gerenti in statu (quidquid in contrarium sentiat Barbatia *in c. cum venerabilis num.* 12. *de consuetudine*,) ita enim docuerunt decisum in facto dicentes Archidiaconus, Turrecremata, Præpositus, Compostellanus, Io. Andreas, Bellamera, Butrius, Zabarella, Salgado, Muta, & Io. Lupus locis mox allegatis. A fortiori hæc recepta opinio nostram consuetudinem firmat, vt dictum est; nam si ante electionem valere consuetudo licentiæ post denunciationem petendæ potest, certè magis valebit prouisionis iam factæ denunciationis: hæc enim consuetudo minimè offendit libertatem Ecclesiasticam, & ab illis ipsis, qui restringi aliqualiter eam putant, quod tamen in hac consuetudine negat Abbas *dicto capitulo cum terra nu.* 4. *de electione* dicitur, minus offendi hac nostra, quam illa mox relata; siue quia illa licentię petitio dare possit aditum nominationi principis, vel impressioni eiusdem suasione, commendatione, aut prohibitione alicuius personæ, siue quia videtur ab alterius arbitrio quodammodo pendere electionis, aut prouisionis tempus, & forma, quod optimè probant textus *in d. c. cum terra, & c. cum inter vniuersas, & c. quod sicut, & c. sacrosancta de elect. & tota ferè dist.* 63. & in specie obseruarunt Bellamera *d. c. cum terra col.* 1. *in ver. qua facto*, vbi Zabarella *num.* 3. & 4. *in fine*, Imola *d. c. quod sicut num.* 1. & 2. vbi Zabarella *num.* 6. Bellam *num.* 5. Zabarella *d. c. sacrosancta num.* 3. *in septimo notab.* & Germonius *d. cap.* 11. *num.* 20. & *d. cap.* 12. *num.* 42. vt proinde dubitare, vel ex hac ratione, de eius validitate non deceat.

Atten-

Attentius vſum hunc antiquiſſimum perpendenti cum *Couarruuia in regul. poſſeſſor. parte 2. §. 10. num. 5. verſic. Hoc idem ius.* illud proximum verò eſſe videbitur (licet certam, ac diſtinctam notitiam temporis antiquitas non tranſmiſerit) incœpiſſe hæc Ducum decreta, hunc vſum, hanc immemorabilẽ conſuetudinem ab aliquo Pontificum priuilegio, qui plurima, nec contemnenda diuerſis temporibus conceſſerunt huius Ducatus Imperium obtinentibus; nec enim comperimus reuocatum hoc antiquis temporibus ab vllo Pontificum in dubium fuiſſe, & Hiſtorici tradunt, Reges Gallos petijſſe a Summis Pontificibus idem ius circa beneficia, quo nouiſſimè Ludouicus Sfortia vſus fuerat, quem iure Vicecomitum Ducum vſum fuiſſe in facto demonſtrauimus, renouatis eorum edictis, nullo Eccleſiaſticorum repugnante. Quamquam autem neceſſaria non eſt reſpectu illius iuris, quod nunc exercet Oeconomus, immemorabilis conſuetudo, nec priuilegij allegatio, quia ſe electioni, & collationi non immiſcet, nec ſubſtantiam illarum eius officium ferit, ſed reſpicit quoddam accidens extrinſecum, ſecuta iam, & conſummata electione, vel collatione, quo ad vinculum ſpirituale, quod non reſpicit eſſe electionis, vel collationis, ſed bene eſſe ex rationabili cauſa irritans electionem, vel collationem, quod Principem laicum quærere poſſe conſuetudine, ſcribit *Butrius d. cap. quod ſicut num 17. & d. c. cum terra. nu.* 17. & alij ſupra allegati, & ſufficeret ſimplex conſuetudo, cum agatur de iure, cuius aſſerta ex aduerſo incapacitas in Principe laico, ex ſuperius deductis non modo excluditur, ſed Eccleſiaſticum commodum, & laudabilis cautela conſeruatur tali vſu, quæ ſola ratio facit, vt hoc laicorum priuilegium Clericis vtile à Papa præſumatur fuiſſe approbatum, *Salgado de Regia Protectione par. 1. cap. 1. prælud. 3. num.* 147. *vt de Statuto poſt alios ſcribit Chriſtoph. Mart. Medic. d. ciſ.* 53. *num.* 18. *verſic. Præterea.* (iuri enim conformis, vel dubij iuris interpretatiua conſuetudo breuiſſimo temporis curſu; præter ius, 30. vel 40. annis: contra ius, immemorabili tempore contenta eſt, *Mandoſ. conſ.* 53. *nu.* 15. *poſt plurimos nouiſſimè Gloriciiu reſp.* 13. *num.* 13. 14. *&* 17. etiamſi

ſit

sit sine titulo,& contra communem opinionem, *Garzias de beneficijs parte 5. cap.4. num. 75. 79. & seqq.*) attamen, cum in facto appareat, immemorabilem consuetudinem adesse, Summis Pontificibus scientibus, huius interpellationis, & placiti Principis, omnis ambiguitas per illam remouetur, quæ nedum priuilegium Pontificium probat, quod allegatur, etiamsi de eo non appareat, sed etiam vim tituli habet, & priuilegij in materia Ecclesiastica; *Barbatia in cap.fin.nu. 118. de consuetudine, Anchar. cons. 51. vbi de consuetudine Sacris Canonibus inimica, Mandosius cons.27. num. 12.cons.28.nu. 11.& 12. cons. 92. nu.7. Monaldus cons. 113. nu. 12. lib. 2. post alios Barbosa in cap. super quibusdam num.6. & 7. de verborum significatione, Nauarrus lib. 3. tit. de Regularibus cons. 17.num.2. ad 5. & cons.7. nu.2.de censib. lib. 3. Narbona. de appellat. à Vicario par.2.fundam. 4.nu. 1.& seqq. Salgado de Regia Protect. part. 1. c.1.prælud. 3. nu.125. seq. 128.130.seq. Menoch. cons. 1000.n.63.* adeò vt ex eo oriri præsumptioné iuris, & de iure quæ pro veritate habetur,nec admittat probationem in cõtrarium,post plurimos, *scripserit Peregrinus cons. 18 num. 9. & 10. lib. 6. Sanctarell. variar. resolut. q. 15.num. 8. Narbona. d.fundamento 4.nu.6. Schraderus de feudis parte 10. sect.9. num. 271.* vt de iurepatronatus exemplum afferri potest, quod affine iuri nostro est, *de quo Garzias de Beneficijs par. 5. cap.1. num. 577. Mandosius cons. 32.Gonzales. ad d.reg.8.glo. 18.nu. 44.45.& seq. Muta vbi inf. num.51.* Et in colatione beneficiorum,& præsentatione, *Conradus in templo Iudicum lib. 2. cap. 1. §. 4. tit. Dignitates, & ordines, num. 11. vers. adde posse Azorius d.lib.5.cap. 19. vers. Consuetudo qua laici præbendas in fi. & versic. Consuetudo,qua laici nominant in fine. Alex. cons.74. nu.8. seqq. lib.4. Idem Conradus d.tract.lib. 1. cap. 2. §. 3. tit. de Magnitudine Regum nu. 10. Muta in capitula Regni Siciliæ. cap. 21.nu.59. to. 3.* Quod difficultatem non habet iuncta priuilegij allegatione, *Afflict. in Prælud. Constitut. Regni quæst. 18. num. 2. ad 6.* Et in nostra materia, de qua contentio est, *Germonius d. lib. 13. cap. 12. num. 33. & Boethius Epo Heroicarũ quæstionum lib. 1. n.61. 62.143. & 282. & alibi passim.* Nihil obstante, quod fama priuilegij non adducatur, quia illa ne-

 cef-

cessaria non est, vbi de eo iure agimus, cuius laicus Princeps capax est; secus autem, cum exceptio militat incapacitatis; tunc enim vigere debet, & si cum tempore immemorabili iuncta sit, ipsum etiam incapacitatis vitium superat, & sustinet improbatam etiam à iure consuetudinem, *Gul. Benedicti. d. cap. Rainutius decis. 2. num. 169. & 170. Germonius d. cap. 12. nu. 34. & seqq. ad 40. Viuian. de iurepatronatus lib. 2. cap. 9. nu. 26. vers. Accedit. Boethius Epo d. lib. 1. num. 63. & 65. maximè in versic. At benignior*. Nihil pariter obstāte, quod aliquo modo grauosa Ecclesiæ esse videatur consuetudo aut eius aliqualiter restringere libertatem: nam præterquamquod sola restrictio non dicitur tollere libertatem electionis, *vt per Abbatem in d. cap. cum terra nu. 3.* ideoq; consuetudine posse induci restrictionem libertatis eligendi docuerunt omnes Canonistæ, *vt per Abb. d. c. cum terra num. 2. versic. aut habet consuetudo, vt electio, vbi Io. Andr. num. 4. Bellam. col. 2. in 4. & 7. solut. Zabarell. num. 3. versic. & plus cum seq. Butrius num. 10. 11. 17. Imola ante nu. 1. versic. Nota quod reprobatur. Enric. Boich. num. 1. & seq. Barbosa num. 2. Viuianus in suo rationali iuris Canonici in c. cum terra, de electione. versic. Potest tamen. Gulielm. Benedict. in c. Rainucius. in verbo, & vxorem, decis. 2. num. 82. de testamentis, Decius in cap. 1. nu. 17. de elect. Selua dict. quæst. 23. num. 29. 30. & 44.* quorum dicta etiam collationem feriunt, quæ tam ratione spiritualitatis, quam Ecclesiasticæ libertatis, quæ duo opponuntur, vt mox dicetur, diuersitatem non continent rationis, maximè cum hic simus in immemorabili; & consuetudo Ecclesijs grauosa valet, quæ magnum nō continet grauamen, vel onus, *vt per Abbatem in cap. 1. num. fin. de consuetudine, vbi Bellamera num. 2. versic. nimis enim generalis. Zabarella nu. 2. versic. oppo. Immola num. 2. versic. in glos. Decius num. 8.* maximè si immemorabilis sit, *vt per Dicium d. num. 8. versic. secundo. Enriquez opusculo 5. nu. 13. post eius consilia*, talis enim etiamsi multum præiudicialis esset sustinetur si aliquā causam habet; vt hæc *Rochus de Curte de statutis. sect. 6. num. 15. Tract. Venet. tom. 2. fol. 367. à tergo.* quia cum habeat vim priuilegij, non admittitur oppositio, quod simus in prohi-

bitis

bitis à iure canonico, vel quod consuetudo sit onerosa, stante auctoritate Summi Pontificis, quam non dubium est posse hoc priuilegium concedere, *Conradus post alios in Templo Iudicum lib. 2. cap. 1. §. 4. tit. in beneficialibus num. 7. Camillus de Curte Diuersorij Feudalis parte 1. cap. Semper autem. num. 42. versic. Nihilominus. fol. 4. à tergo, & 5.* ita respondet obiectioni. *Rota Rom. apud Farinac. decis. 11. num. 7. & 8. par. 2. to. 1.* cuiusmodi hanc esse denunciandi mortem Prælati, & petendæ electionis licentiæ dicit *Abbas d. cap. 1. num fin. Rochus d. tract. sect. 5. nu. 49. fol. 367.* quam non obesse liberæ electioni, ait *Azorius Institut. Moralium to. 1. lib. 5. cap. 19. versic. Consuetudo quæ Ecclesiæ ibi potest tamen*; & nostram petendi placiti, & approbationis Principis post collationem, vel electionem asserit *Boethius Epo d. lib. 1. num. 161.* planè non apparet, in quo Ecclesia grauetur, vel libertas Ecclesiastica lædatur, cum potius euidens sit commodum, dum oppositiones, quas Princeps ante, & post possessionem potest facere, eliciuntur placiti petitione ante possessionem, cautela per Canonistas inuenta, & commendata. Nihil etiam obstante, quod videatur initium habere viciosum, eam ab edictis Ducum Vicecomitum desumendo, quæ impugnantur ex traditis à DD. super statuto, de quo infra. Nam dicimus incœpisse à facultate per Sacros Canones Principibus sæcularibus concessa, & cautela iure Canonico introducta, vt in suo casu ponderat *Salgado de Regia Protectione parte prima cap. primo prælud. 5. num. 299.*, deindè altius dicimus consuetudinem incœpisse, & titulum, dicimus, præcessisse, qui si non extitisset, vtique Summi Pontifices, si illa adeò Ecclesiæ præiudicialia, vt ex aduerso dicitur, iudicassent, omninò deleri voluissent, excommunicationum fulmine cōiecto, quo alijs ex causis, illis etiam temporibus, vsi sunt in hoc Dominio; & ex hac scientia, & tolerantia Summorum Pontificum dicitur adesse præsumptus cōsensus, & propemodum expressa dispensatio, vt per *Salgado de Regia Protectione parte 1. cap. 1. prælud. 3. nu. 148. seqq.* vel saltem consuetudo isthæc antiqua eius vim habet, & priuilegij, *Menoch. cons. 1000. num. 67. 68. cons. 800. nu. 46.* vel etiam dici potest, titulum post



 illa

illa secutum fuisse, cum necesse non sit, data immemoriali, tempus tituli exprimere præcisè, *post Bellameram decis. 64. Ritius Merulus de pluribus potestatibus tract. 7. nu. 23.* nec vitiosus titulus, qui extat, vllo modo noceat, vbi alius allegatur superuenisse; & titulus est suaptè natura multiplicabilis & concurrit possessio, quæ à lege reputatur diuturna, vt hic. *Gonzales. d. reg. 8. §. 7. proem. nu. 129. 130. 131. & 142. Gabr. cons. 181. num. 60. seq. lib. 2. cons. 88. num. 17. 18. lib. pri. Vasqu. quæstion. Illustrium cap. 81. num. 11. versi. Contrarium num. 12. & seq. ad 18. Bursat. cons. 127. num. 30. vbi de magis communi, & alijs congestis nouissimè Francis. Cyriacus Niger icm. pri. controuers. for. 3. num. 66.* vel vbi affertur dubietas iuris controuersi, quæ potuit iustam dare causam credendi, facultatem competere. *Niger d. controuers. 3. num. 67.* nimirum quia sufficit allegare tempus sine titulo, & tempus ipsum probat etiam vbi resistit præscribenti præsumptio iuris communis, & per consequens habet vim priuilegij expressi, & ex certa scientia; & potest allegari priuilegium Summorum Pontificum confirmatum, *Rota Rom. apud Farin. tom. 1. partis 2. decis. 11. nu. 3. & 4.* Nihil etiam obstante, quod hæc requisitio ad cautelam videatur esse facultatiua, quia præterquamquod id procedit tantum, vbi consuetudo non est eius faciendæ, *vt per Abb. d. cap. cum terra, num. 2. versic. Sed dic.* omnis difficultas cessat, stante immemorabili consuetudine, quæ habet vim, & robur priuilegij. *Rota d. decis. 11. nu. fin.* maximè verò, cum Ecclesiastici sæpè tentauerint ab ea recedere, semper tamen ad eam redire, iure ita suadente, & Summis Pontificibus volentibus coacti sint; vulgatum est enim, in facultatiuis induci ex talibus actibus iuris cogendi acquisitionem.

Nec attentis his, quæ in facto deducta sunt, negari potest immemorabilis, quam allegamus, cum notissima sit, ideoque sola eius sufficiat allegatio, *post alios Narbona de appellat. à Vicario parte 2. fundam. 3. num. 3.* tum quia supra centum annos documenta consuetudinem probant, & exercitium officij; tum quia etiam supra illos initij, & institutionis eius memoria non colligitur. Et licet testes examinati non fue-

rint, cum non agatur in forma rigorosa iudicij, sed per viam tractationis, & disceptationis, qui semper possent examinari, tamen per scripturas, satis superq; probata immemorabilis est; tum quia non adstringimur opinioni Rotę, quod immemorabilis per scripturas probanda sit, contra quam plurimi tenent, *vt per Mascard conclus. 425. & 429. & Garziam de beneficijs parte 5. cap. 9. num. 107. & seqq.* tum quia minor suspicio est in hac materia in scripturis antiquis, quam in testibus, vbi de iure potentibus cōpetente agitur, ideoq; magis ingenuè agitur per Ministros Regios scripturarum productione, quam si testes adducerentur *ad tradita per Rotam decis. 199. num. 4. parte 2. in Nouissim. Diuersorum, & Gonzales dicta regul. 8. glos. 18. numer. 81. versic. Pro quo facit.* quæ scripturæ publicæ nedum consuetudinem immemorialem probāt, sed eam etiam notoriam reddunt, *Gloritius post alios resp. 12. nu. 65. Piaggius de iure consuetudinis cap. 10. num. 14. 15. & seq. & Aldouin. cons. 20. num. 86. & seq.* adeout res per consuetudinem tot actibus, & scripturis probatam, exemplisq; placitorum, *vt per Albā cons. 612. nu. 39.* dicatur definita, *vt per Gloritium post alios cons. 13. num. 12.* & notorietas excludat allegationem ignorantiæ Ecclesiasticorum, *post alios Glorit. d. resp. 13. num. 21.* cum in immemorabili ex actuum frequentia, nedum præsumptio iustitiæ cōsuetudinis, & bonæ fidei illos exercentis inducatur, sed etiam scientiæ, & patientiæ eorum, qui loco aduersarij sunt, *Enriquez consi. 27. num. 15. 16. 17. & opusculo 5. nu. 15. 16. 18. post consilia.* Nihil obstante contradictione Ecclesiasticorum aliquando secuta, quia, cum postea seruauerint consuetudinem, succedit, quod immemorabilis interruptione non eliditur. *Sanctarell. variar. resolut. q. 15. num. 3. Salgado de Regia protectione parte 1. cap. 1. prælud. 5. num. 318. 319.* Nihil etiam obstante, quod de singulis beneficijs status probatio non exhibeatur, & aliquorum forte possessio aliquando capta fuerit sine placito; quia cum agatur de facultate placiti, quò ad vniuersa, & maioris partis possessio cum placito semper capta fuerit, conseruatum est hoc honorificum, & publicum ius Regiæ Maiestatis quò ad omnia, nec ignoratio re-

ſpectu aliquorum ius ſuſtulit, argumento eorum, quæ per DD. de iuriſdictione traduntur, vt latiſſimè per plures paginas probat Salgado *de Regia Protectione par. 3. cap. 10. à, nu. 100. ad* 145. Hæc autem conſuetudo Mediolanenſi in ſtatu adeo notoria eſt, adeo vulgata, vt probatione non egeat; cum illimet ipſi, qui eam nunc tentant ſubuertere, in ſuis beneficijs eam obſeruauerint, & alias viderint exhibita in ipſamet Romana Curia volumina plura publicorum actorũ, quibus probabatur, dum tempore Concordiæ de ea actum eſt.

In his autem antiquis iuribus certum eſt, plurimum deferendum, eſſe Principibus, Regibuſque maximè cum Summus Pontificibus conſuetudo innotuit, & eam tolerarunt, *vt per Boerium deciſ. 32. num. 9. Franc. Marcum. deciſ. 90. num. 9. parte 1. Gul. Benedict. in c. Rainutius. in ver. & vxorem, deciſ. 2. num 78. verſic. & in talibus. de teſtamentis. Germonium d. cap.* 12. *num.* 31. tum quia propter eorum prærogatiuam decet canonica præcepta relaxari ad ſtatus conſeruationem, *Gonzales d. reg. 8. glo. 24. num. 155. & 157. Sanctarellus variar. reſol. q. 16. num 14. & 15. Gulielm. Benedict. d. c. Rainutius deciſ. 2. num. 84 verſic. Præterea, & num. 85. verſic. Et vt vidiſtis.* vbi hanc prerogatiuam ponderat in terminis *d. c. cum terra, & c. cum inter vniuerſas de electione,* tum quia, quidquid ſit in alijs Dominis inferioribus, in quibus militat vſurpationis ſuſpicio, dubitandum non eſt, quin Reges, & iura Imperij habentes propter eorum excelſum ſtatum, & eximiam bonitatem præſumantur iure iſthæc Eccleſiaſtica iura poſſidere, & exercere *arg. cap. 9. de Reformatione ſeſſ. 25. Sacri Concilij Tridentini*, quod priuilegium prærogatiuæ gratiæ nedum ad Reges ſpectat, ſed etiam ad alios illis ſimiles, vt de Duce Mediolani nominatim obſeruat *poſt Æneam Falcon. de reſeruat. cap. 36. num. 3. & 4. Gonzales d. glo. 24. num. 159.*

Opponunt huic capiti, placiti materiam concernenti, Eccleſiaſtici infraſcripta:

Primo, non valere ſtatutum, quod beneficiorum poſſeſſio capi non poſſit ſine Principis ſæcularis licentia, adductis ad id per D. Marcabrunum, Abbate *conſ. 83. par. 1.* qui fuit auctor

huius

huius opinionis. Felino *in c. Ecclesia S. Mariæ num. 96. de constitutionibus*, Decio *ibidem nu.* 48. Bossio *de Principe num.* 218. *& tit. banniri qui possint nu.* 6. Boethio Epone *Heroicarum Quæstion. lib.* 1. *nu.* 284. *& seq. fol.* 269. Azorio *Institution. moralium to.* 1. *lib.* 5, *cap.* 14. *q.* 4. Belletta *Disquisitionum Clericalium par.* 1. *de Disciplina Cleric.* §. 15. *nu.* 21. *& de fauore Clericorum personali*, §. 5. *nu.* 3. Quibus adduntur per D. Bebulcum, Albanus *ad Bart. in l.* 1. *nu.* 10. *C. de Summa Trinit. & Fide Cathol.* Natta *cons.* 411. *num.* 4. Capicius *decis.* 132. *nu.* 6. Azorius *vbi supra cap.* 13. *q.* 6. *& cap.* 14 *q.* 3. Tuscus *in verbo Iudex conclus.* 454. *nu.* 11. *& verbo statutum conclus.* 582. *nu.* 32. Carolus Grassus *de effectibus Clericatus eff.* 2. *nu.* 368. Laderchius *cons.* 103. *nu.* 4. Viuianus *in Praxi Iurispatronatus parte.* 2. *lib.* 11. *cap.* 12. *nu.* 8. Et his per D. Cerrum adijciuntur, Ioan. Lupus *de Libertate Ecclesiastica p.* 2. *q.* 10. *in* 17. *casu. Paris. ad Bartolum in Auth. Cassa. n.* 3. *litt. B. in fine C. de S. S. Ecclesijs. Mandosius ad Lapum allegat.* 92. *litt. E. Vrsill. ad Afflict. decis.* 24. *num.* 18. *Mascar. de Generali Statutor. interpræt. cap.* 1. *num.* 13. *&* 51. *Cardinalis Toletus ad Bullã in Cœna Domini c.* 14. *Marius Antoninus variar. resolut. lib.* 1. *resolut.* 91. *nu.* 2. *versic. Ex quibus, & March. Antonius Neapolitanus Episcopus Montis Mariani in quoddam discursu, seu tractatu, cuius exemplum non traditur.*

Ex inualiditate Statuti infertur per dd. DD. ad inualiditatem consuetudinis ex defectu potestatis laicæ.

Secundò, consuetudines huiusmodi esse sublatas per Bullam in Cœna Domini, immò etiam per *Extrauag. vnicam de cõsuetudine.*

Tertio differentiam esse constituendam inter electiua beneficia, & collatiua. Placet posse admitti in illis ante confirmationem Episcopi, quasi re integra; in istis nequaquam quia sic ordinatio Ecclesiastica subijciatur iudicio potestatis Laicæ; quæ possit quidem prouisos non admittere, vel reijcere canonicæ tamen, & Papæ, aut ordinariorum auctoritate, non tamen possessionem, & executionem prouisionis impedire, vt potest electi ante confirmationem.

Hæc in substantia opponuntur, quæ sine magna difficultate tolli posse videntur ex suprascriptis.

Ad

Ad primum enim responderi potest. Primò non esse locum illi disputationi, cùm non agatur de vllo simili statuto, nec ius Regi competens à Statutis, siue Decretis similibus deducatur, sed à iure canonico, & consuetudine per illud approbata, vt antequam quis ad beneficij possessionem admittatur, Principem interpellet, qui vel opponat, si quid habet, vel placere sibi prouisum, aut electum respondeat, quam responsionem, *Placet*, appellamus, *vt per Germonium d. c. 12. n. 44. & seq. & Cuccum d. lib. 4. tit. 1. nu. 108. & 109.* qui Oeconomum ad ad hoc institutum fuisse asserit à Principe tẽporali. *Conradũ in Templo Iudic. lib. 1. c. 1. §. 3. tit. Iura Papæ non vsurpet n. 4. & c. 2. §. tit. de Magnitud. Regum nu. 9. versic. Diciturque*; & licet in materia beneficiali à Vicecomitibus Ducibus Mediolani Statuta non admodum dissimilia illi Florẽtino, de quo *Abbas d. cons. 83.* emanauerint; de illis tamen nunc, mutata forma non agitur, sed de requisitione Placiti, quæ canonicæ honestatis cautela est; tantum abest; vt ad eam tollendam à dictorum Statutorum impugnatione argui possit. Decet autem, secerni ab Ecclesiasticorum allegationibus eos DD. qui improbant interuentum laicorum electionibus beneficiatorum; item eos, qui laicorum Principum consensum negant necessarium ad esse electionis, vel ad substantiam collationis, & ad producendum spirituale vinculum; item eos, qui improbant asserentes, Ecclesiasticos, quo ad iurisdictionem in materia beneficiaria exercendam egere facultate laica iurisdictionis, & ea licentia, quæ arguat defectum potestatis in Ecclesiasticis, & superioritatem in laicis; hi enim planè nihil commune habẽt, cum nostra controuersia. Rex enim noster Catholicus nil aliud intendit, quam non admittere ad beneficium aliquem prius, quam prouisione sibi, vel ei, cuius Vicaria opera in similibus vtitur, denunciata, & extraiudiciali sumpta informatione, vel opposuerit, si quid habet, vel placere sibi beneficiatum responderit, quod nullus statutum suprascriptũ improbantium impugnauit, vt ex singulorum discussione apparet. Planè certum est, aliud esse conferre, aliud conferenti consentire. *Gambar. de auctorit. Legati de latere. lib. 3.*

LA *num.*

num.200. pag.169. Tract. Venet.to.13.parte.2. Certum etiam est, aliud esse collationem, aliud admissionem, vel immissionem in possessionem, & ab vna ad aliam argui non posse, vt rectè distinguit *Marius Antoninus variar. resolut. lib. 1. resolut. 58. nu. 12.* qui proinde non improbat solitum, quod testatur in statu Mediolani adesse, vt Oeconomus Regius prouisos de beneficio etiam per collationem immittat in beneficiorum possessionem, *vt d. num. 12. versic. Quod præsertim.* nimirum quia electio, & collatio pertinent ad ius, receptio, & immissio ad factum, *Pauin. d. offic. & potest. capit. vacan. Sede prælud. 5. num. 16. Tract. Vent. to. 13. parte 2. fol. 411.* Hinc fit, vt non valeat consequentia, quæ fit ab improbatione dicti Statuti ad nostram consuetudinem, cum ex diuersis nõ fiat legalis illatio. Ideo in Regno Neapolitano, etsi per conuentiones sublata fuerit necessitas, quæ antiquitus vigebat, assensus Regij ad omnia beneficia; non tamen sublatam esse facultatem excipiendi contra electum ob interesse politicum, docet *Isernia in Proemio Constitut. Regni. versic. Immo in omnibus, iuncto versic. Antiquitus.* Patet id manifestius, ex eo quod allegatorum contra statutum non pauci consuetudinem nunciandæ mortis Prælati Regi, & petendæ ab eo licẽtiæ electionis faciendæ, quam à fortiori, supradictum est, ad placet validitatis præstare argumentum, & ipsam nostrã consuetudinem validam esse, dicunt, non admittendi beneficiatum, quia sit suspectus, & placet Principis temporalis non habeat, vt idem *Abbas, Felinus, Azorius, Bossius, Belletta, Grassus, Viuianus, Marius Antonius*, vt in discussione singulorum infra.

Secundo, responderi potest, non valere argumentum à statuto ad consuetudinem negatiuè, quippè, quia statutum infirmius est ipsa consuetudine, *Narbona post alios de appellat. à Vicario parte 2. fundam. 4. num. 15.* & ab ipsa vincitur. *Mascard. de generali statutor. interpetat. conclus. 6. num. 89.* & multis in casibus consuetudo valet, in quibus statutum ex defectu potestatis statuentis non valeret, *Piaggius de iure consetudinis, quæst. 3. num. 53. 54.* nimirum, quia statutum vnius partis consensum habet, consuetudo vtriusque, vnde fit, vt consuetudo,

suetudo, vt hic, per Clericorum petitionem, & requisitionē placiti inducta, scientibus, & consentientibus superioribus Ecclesiasticis immò sciente, & permittenté ipso Summo Pontifice plus habeat auctoritatis, quam statutum *Hieron. Zane. de differētijs vtriusq; iuris n. 56. Tract. Ven. to. 1. pag. 201.* potissimum verò cum ius ipsi consuetudini suffragatur, vt in casu nostro; tunc enim non tam ex laicorum dispositione, quam ex iuris canonici præscripto valere dicitur, & Clericos ligare, vt latè prosequitur *Mascardus de generali statutor. interpretat. d. conclus. 1. num. 131. versic. Quia respondetur & seq. & num. 247.* maxime cum sit mixta Clericorum, & laicorum quæ proculdubio Ecclesiasticas personas ligat, *vt post plurimos Salgado de Regia Protectione parte 1. cap. 1. prælud. 3. num. 137. 138. & prælud. 5. num. 307. & sequentur* & cum data immemoriali priuilegium allegatum patere dicatur, argui à statuto negatiuè ad consuetudinem, nequit *Natta. cons. 447. num. 12.* ideo consuetudinem illam Mediolanensem electionis parochorum præsentatorum à plebibus, cuius supra meminimus, valere cuius tamen materiæ statutum laicorum non valeret, obseruat Roccus de Curte. *de Iure patronatus in verbo competens num. 60.* & consuetudine nota, & tolerata à Rom. Pontifice, in qua adest eius tacitus assensus, posse Reges conferre beneficia, & præbandas, & nominare ad beneficia, & præsentare sine vllo iure patronatus, qui talia statutum continens impugnat, tradit *Azorius d. lib. 5. cap. 19. versic. consuetudo, qua laici præbēdas in fine, ibi vel saltem, & in versic. consuetudo, qua laici nominant post. med. ibi nisi, quatenus,* quia consuetudine acquiri ius, & iurisdictio potest tacito eius consensu, qui potest illam committere, sicut etiam voluntate eius expressa haberi potest. *Azorius d. c. 19. versi. Nulla consuetudine ibi. At verò Antonius de Prætis de iurisdict. Episcopi. cap. 7. num. 18. Tract. Venet. tom. 13. parte 2. pag. 368.* & æquipollet priuilegio *post alios Muta ad Capitula Regni Siciliæ. tom. 4. cap. 170. num. 1. & 2.* ideoque cum in laicis adsit capacitas actiua, & passiua legis respectu Ecclesiasticorum, accedente permissione, siue tacito assensu superiorum Ecclesiasticorum, quem consuetudo sui natura includit, argui

à statuto

à statuto negatiuè ad eam non posse, acutè, & latè probat Lælius Mancinus *in Rubr. de constitutionibus parte 1. cap. magis est per totum, pag. mihi 49. ad 55.* Nec dubium, quin notitia, tolerantia, consensus, & approbatio Summorum Pontificum adsint, cum multi Summi Pontifices Mediolanenses fuerint, quos verisimile est, Mediolanensis Status consuetudines adeo notorias, & vulgata decreta optimè sciuisse, vt Iulius III. qui fuit Episcopus Papiensis, dum esset Cardinalis Pius IV. Pius V. & Gregor. XIV. qui Apostolicè Iurisdictionis acerrimi vindices in alijs materijs graues edidere Constitutiones, quo argumento Apostolicæ Sedis notitiam, & permissionem probat *Salgado de Regia Protect. par. pri. cap. 1. prælud. 3. num.* 141. & eum Gulielm. Benedict. *in cap. Rainutius in ver. & vxorem nomine. Adelasium decis. 2. nu. 57. 59. de testamentis. Et Menoch. cons. 1000. num. 65. versic. concurrit, & n. 66. & cons. 800. num. 44. vers. concurrit.* & cum toties coram SS. PP. proposita, & discussa Oeconomatus Regij materia, re per eos, qua solent, diuina prudentia, & maturitate intellecta, nedum intacta, & illibata emerserit; sed nouissimè Iurisdictionalis Concordiæ decisione fuerit confirmata: nam etsi Ecclesiastici dissensum arguant suum ex contradictionibus, in iure tamen certum est, acquiescentes post contradictionem retusam ius retundentis agnoscere, & ipsam contradictionem ius addere, ac firmitatem consuetudini, etiamsi respiciat ea, quæ facultatis sunt, *Piaggius de iure consuetudinis q. 3. num. 57. seqq.* censetur enim per obseruantiam eius renunciatum ipsi contradictioni; & Princeps conseruasse iurisdictionem suam faciendo pro posse suo actus iuris sui retentiuos, & possessionis; *post alios Peregrin. variarum iuris lib. 3. de possess. & proprietate num. 61. vers. Idem dic, & num. 119. versic. Quocircà*; vt in casu nostro, cum in facto verum sit, semper post dictas contradictiones placita fuisse per Ecclesiasticos petita, & ab Oeconomis concessa, qui consensus expressus ad hoc sufficit, vt de patronatu sciibit *Mura d. cap. 21. num. 52. 53. to. 3.* cum tamen ipsis Ecclesiasticis onus incumberet probandi, laicum Principem eorum contradictionibus acquieuisse nec placitum

posteà

postea exegisse, *Guido Papæ decis. 631. nu. 42.* Nihil obstante, quod dicatur, contradictionem fuisse desertam, quia bonum pacis suaderet Ecclesiasticis acquiescere, & placita petere; quia hic prætextusnon tollit ius acquisitionis consuetudinis etiam in facultatiuis, cum siue vno, siue alio titulo ius negatiuum remittatur, & prohibitioni quis assentiatur, consuetudo firmetur *post alios Piaggius d.q. 3. nu. 61. Thesaur. decis. 16. num. 7. vers. Item sufficiet.*

Tertiò respondetur, attentius statutum consideranti, non videri omninò temerarium dicere, Abbatem & secutos eum nimis generalibus regulis nixos statutum improbasse. Etenim, si intentionem statuentium consideramus, illa nō fuit Ecclesiasticæ libertati contraria, quæ ita latè intelligenda non est, vt scandalum admittat, & perturbationem reipublicæ, sed etiamsi iure Diuino concessa esset, reciperet distinctionem per ius humanum, & positiuum ad ea, quæ iuris sunt. *Gul. Benedict. in c. Rainutius in ver. & vxorem nomine, Adelasiam decis. 2. num. 4. de testamentis, & nu. 134.* vt etiam per consuetudinem. *Nauarrus lib. 5. tit. de Vsuris. cons. 20. nu. 6. Salgado de Regia Protectione par. 1. cap. 1. prælud. 3. nu. 129.* vt in simili de libera licentia differit Mascardus *d. concl. pri. num. 75. post medium. Surd. cons. 313. num. 93. versic. quin immo, & seqq. Muta in cap. 15. num. 84. tom. 3. Capitulorum Regni Siciliæ.* Ideoque non est intelligenda ita, vt actus possit celebrari clam eo, qui contradicere potest, & monendus est, *vt post Bartolum Berous consil. 166. num. 19. vol. 3.* Porrò statuentium intentio ea præsumitur fuisse, quæ expressa est, vt possessionem nullus apprhenderet, antequam Princeps temporalis, vel opponeret, vel placere diceret; quæ intentio in decretis Ducum Vicecomitum semper expressa fuit, vt propterea mirum sit, aliquos talem protestationem non admittere, quasi secundum eos statutum dirigatur ad acquirendam iurisdictionem in Ecclesiasticos, cum tamen hunc sensum etiam habere possit, qui verus est; & deceat interpretationem actus eam recipere, quam agens explicat, vbi cum actu ipso se compatitur; stante itaque hac intentione exercendi ius sibi canonum decretis concessum opponendi

re integra; ſtatutum non dicetur contrarium libertati Eccleſiaſticæ, ſed potius conforme honeſtati canonicæ, & ideò ceſſabit aculeus, vt non obſcurè ſenſit, licet de intentione dubitet in facto. Belletta. *Diſquiſitionum Clerical. par. pri. tit. de exemptionibus Clericorum à ſtatutis*. §. 3. *num.* 21. *pag.* 393. nec debet Princeps prohiberi in legem deducere, quod iure ſibi Canonum tribuitur, vel clericis vetatur, proteſtando illis nullo modo velle præiudicare, cum ſtatutum diſponens idem, quod ius commune, non dicatur libertati Eccleſiaſticæ præiudicare. *Natta conſ.* 280. *num.* 2. *vt in ſimili Peregrin. conſ.* 74. *num.* 22. *ſeqq. lib.* 1. vt de conſuetudine ſcribit Riminald. Iun. *conſ.* 35. *num.* 22. 23. Ideo Nauarr. *conſ.* 1. *num.* 4. *de decimis*, addit excluſioni laicorum diſponendi de rebus ſpiritualibus clauſulam, *ſaltem contra ius Pontificium*. Similiter nec materia repugnat, cum, vt dictum eſt, nullus allegatorum placitum Principis impugnet; Nec materia tali formæ ſubiecta: Nam etſi ſpiritualia iuriſdictioni Eccleſiaſticæ ſint ſuppoſita, id tamen non ita eſt, quo ad temporales Dominos, vt ea, qua decet, cautela, & obſeruantia non poſſint ſuis legibus Canonicæ iuſſioni, ac honeſtati ſe conformare *pleniſſimè Sacca conſ.* 60. *num.* 20. *ſeqq. Guttierez practic. quæſtion. lib.* 2. *q.* 1. *num.* 13. *ad* 19. *Salgado de Regia Protectione par.* 1. *cap.* 1. *num.* 24. 25. & coadiuuare dicuntur ius Canonicũ, quandò eorũ leges Canoni non contradicũt. *Sacca d. conſ.* 60. *nu.* 23. Etenim poteſtas ſpiritualis, & tẽporalis non ſunt vti duo regna politica ſeparata, ſed vti conflantia vnum corpus, ſpiritualis quidem dignior, vt anima; temporalis, vt corpus, vt ait *Bellarminus controuerſ. contra Hæreticos to.* 2. *controuerſ.* 2 *lib.* 3. *cap.* 18. *verſic. Probatur tertio*; ideò vt in operationibus exterioribus animæ concurrit quidam corporis conſenſus, ita in Eccleſiaſticarum temporalitatum, cuiuſmodi eſt beneficialium reddituum poſſeſſio, & in ipſa adminiſtratione, temporalis Domini quædam debet concurrere approbatio ratione ſui intereſſe. Quo fit, vt vaga illa, & effuſa *Abbatis d. conſ.* 83. propoſitio dubia videri poſſit, niſi ad eum ſenſum referatur, vt adminiſtratio rerum Eccleſiaſticarum, & ſpiritualium, quam ſolis Eccle-

F ſiaſti-

siasticis exclusiuè penitus ad Dominos temporales reseruat intelligatur, vel de meris spiritualibus, vel de alijs ità, vt Ecclesiastici quidem iurisdictione non egeant temporali; & sæculares Domini iurisdictionis suæ partem Ecclesiastico tribuant non quasi ille per se non possit, quo respicit proprietas verborum *Licentiæ, & facultatis*, quæ denotant imperfectionem in recipiente illam (nisi intelligantur latè pro approbatione, & placito, *vt per DD. in cap. Reatina, & cap. seq. 63. distinct.*) sed quasi ad bene esse actus perficiendi, maiorem firmitatem, ac publicæ quietis conseruationem; & occurrendum omnibus scandalis administrationi rerum Ecclesiasticarum conducat temporalis Domini voluntatis, & potestatis concursus in idem. Patet id manifestè, nam & olim ad electiones Episcoporum vocati sunt Reges, laici, non vt eligerent, qui actus est iurisdictionis; sed vt consentirent, qui actus est ad bene esse electionis, *vt in c. 1. 2. 3. 5. 6. & 8. vbi glo. ex mente Io. de Fano bene distinguit. & 10. 13 & 14. & in cap. cum longè, versic. quibus exemplis, & cap. seq. distinct. 63. vbi Archidiac. Geminian. & Turrecremata declarant, quod & alij faciunt in d. c. cum terra cap. quod sicut cap. sacrosanct. cap. messana, & cap. quisquis de elect.* Et certum est, Principes laicos posse, suis legibus rem spiritualem complecti, cum ex se, & sui natura non sint legislatiuæ potestatis etiam in materia religionis, Diuiniq; cultus incapaces, licet ad altiores ordines ea potestas nunc eleuata videatur Ecclesiasticorum Prælatorum, vt ait *Mancinus in Rubr. de Constitutionibus. parte 1. cap. Magis est. num. 15. pag. mihi 53.* non deuiando tamen à Sacris Canonum Constitutionibus; sed illis se conformando, & suam auctoritatem adiungendo, *vt per Bellarminum d. to. 2. controuers. 1. lib. 1. cap. 20. versic. Ad confirmationem dico. & d. controuers. 2. lib. 3. cap. 21. versic. Probatur* 2. patet legibus contra hæreticos latis, item super cultu Ecclesiarum, item contra blasphemos, de quibus Bellarminus, & super obseruatione dierum Festorum, de qua plura ad rem nostrã *Mascard. d. conclus. 1. num. 255. & seqq.* & super iuramento *de quo plenissimè Sacca. cons. 60. Petra de potestate Principis cap. 20.* & super libris hæreticorum, *vt per Sanctarellum de hæresi. cap.*

14. *dub. vnico num.* 8. Id verò dubium esse non deberet, vbi materia Ecclesiastica habet annexam temporalitatem; tunc enim si Princeps temporalis circa illam disponat aliquid, non dicitur Ecclesiasticam libertatem violare, *Felin. d. c. Ecclesia S. Mariæ num.* 58. quia videtur sufficere, quod obiectum legis politicæ sit temporale; licet res principaliter, & in se sit spiritualis, *vt per Bellarm. d. to. 2. controu. 2. lib. 3. cap. 11. versic. Respondeo licet prædict.* planè beneficium habet duas partes, officium, quod est quid spirituale, & beneficiū materiale, videlicet, fundos, redditus, *Gonzales. d. reg. 8. glos. 21. num. 62. Garzias de beneficijs parte 1. cap. 2. num. 5. & seqq.* Ideo videtur dicendum, quod licet Princeps non possit conferre beneficium, vel priuare beneficio, quia lex hoc ei non dat canonica; tamen potest obligare ad consensum accipiendum, respectu capiendæ possessionis temporalis; quia hoc honestate canonica ei conceditur, licet hoc videatur proximè accedere ad spiritualitatem; vt in simili dicitur, Principem non posse inferre pœnam spiritualem, & æternam, nec remittere, posse tamen ad illam lege sua obligare, quia Canon ei hoc permittit, *pulcrè Bellarmin. d. controuers. 2. lib. 3. cap. 11. versic. Ad quartū, & quintum*; & eo non relato acutè differit *Lælius Mancinus ad cap. 1. parte 3. disputat. vltima. q. 1. num. 29. & 30. pag. mihi 170. & 171. de Constitutionibus.* exigitur sic eius consensus ad confirmationem electionis, & collationis pro suo iure, non vt aliquid addat eis, sed vt confirmet in eo, quod non intercedit, nec se eis obijcit, vt posset *Grego. Tholos in Partitione Iuris Canonici. tit. de Electione cap. 19. num.* 15. Propius accedendo, videtur illa generalitas Abbatis in dubium reuocari ex tribus. Primo *ex cap. Reatina 63. distinct. vbi glo. in verbo Licentia*; vbi Papa petit licentiam a Lothario, & Ludouico Augustis, vt Colonus electus Ecclesiæ Reatinæ possit consecrari Episcopus illius Ecclesiæ, vel Tusculanæ, & accepta licentia illū creat *cap. Nobis, eadem distinct.* & licet dicat *Io. Lupus de Libertate Ecclesiastica q. 14. num. 2.* Leonem IV. fuisse nimis pauidum Regibus se submittendo, tamen non negat *num.* 5. Papam vt satisfaciat Deo, & curæ vniuersali, quam habet, debere

multum curare, vt prouideat magis principaliter Ecclesię, quam personæ, & de persona habili, quæ possit stare sine suspicione, & scandalo Dominorum temporalium, quod certè fieri non potest, nisi Principe interpellato ad opponendum, vel ad placitum dandum. Secundo *ex cap. porrò scias, 63. distinct.* vbi Papa non improbat iussionem, seu decretũ Regis, quod alius, quam Regi fauens non eligeretur, sed solum iubet, ad se de Treuiris, & Coloniæ eligendo referri. Tertiò, *ex cap. petitio, de iureiurando.* vbi Papa non improbat, non declarat irritum respectu potestatis iuramentum, quod Princeps Antiochiæ generaliter à toto Clero, & ab omnibus Ecclesiasticis exegerat pro tuitione, & conseruatione status, & tamen per modum dispositionis generalis id factum fuerat, & respiciebat Ecclesiasticas personas, & DD. ibi dicunt iuramentum illud tenere, & valere, nec aduersari libertati Ecclesiasticæ, quia sit super materia, quæ ex honestate obligat, vt per *Guido Pap. d. cap. petitio. num. 1. vbi Io. Andr. nu. 3. Hostiens. num. 3. in verbo, coercendo. Alex. de Neuo. num. 2. Vrsinius num. 1. in fine, & num. 10. & 11. Zabarella. num. 1. & in fine. Butrius num. 8.* debent enim Clerici Dominis temporalibus, in quorum iurisdictionibus habitant esse fideles non minus, quam laici *Balz. ar. in in cap. vnico. qualiter vassallus iurare debet. num. 31. & in cap. pri. §. non est. num. 12. de alienatione feudi paterni* cum tamen si propositio Abbatis in hoc proposito militaret, & edictum fuisset nullum, & iuramentum irritum declarandum, nec obligatorium. Planè argumento hoc est, Principes temporales non adeò absolutè excludi à personis Ecclesiasticorũ, & rebus, vbi materia conseruationis Status militat, quin possint Ecclesiasticos non admittere ad possessionem, & eis se opponere, vbi suspicio militat, cum vtrique effectui honestas canonica adsistat, vt supra dictum est, & hoc *d. cap. petitio.* argumento vtitur Hostiens. *in summa de elect. versic. Quis possit, in fine, ibi, Idem videtur, &* Boich. *d. cap. super his, num. 17.* ideòq; Baldus *in d. cap. petitio, num. 1. in fine*, ait, notandum esse illum textum, quia Ecclesiastici sæpè conspirant, & deponuntur, vel transferuntur ad aliam Ecclesiam; quamquam

contra Ecclesiasticam personam violantem fidelitatem debitam Principi sæculari grauior pęna, degradationis nimirum imposita est. *cap.si quis.22. quæst.5. Guil. Duzan.de mod. Gener.concil. celebr. rubr. 71. Tract. Venet. to. 13.par. 1 fol. 172. vbi Toletani.Concilij plura decreta recensētur.Gul.Benedicti in d.c. Rainutius decis.2.n.164.versic.Potuisset.* Quin ius Canonicū nō repugnare, quo minus Princeps casu ita suadente possit ab Ecclesiasticis beneficiatis iuramentum fidelitatis sibi vti capiti politico præstandum exigere, nihilq; hoc commune habere cum electione, & spirituali materia, nec Principem eius prætextu excludi, vt nec eius prætextu posse collationi beneficiorum, vel electioni manum inijcere, docet *Boethius Epo.d.lib.1.num.26.& melius num.98. & 100.* distinguens inter Ecclesiasticum feuda habētem, quem etiam homagium, & grauius fidelitatis iuramentum debere asserit, & non habentem feuda, quem simplex fidelitatis Sacramentum, *de quo Menoch.cons.889. num.7.* quale boni subditi suis Principibus legitimis præstant, facere debere affirmat.*nu.101. & 103.versic.Sicuti.* cuius fidelitatis antiquā consuetudinē esse testatur in aliquibus prouincijs *Boethius d.lib.1.n.120.* & de Rege Gallię scribit *Greg. Tholos.Sintagmat.iuris vniuersi.par.2. lib.17.cap.8.num.17. versic. Rex.recipit.* & de Rege Hispaniarum *Salgado de Regia Protectione parte 1. cap. 1. prælud. 2. num. 61.* & licet aliqui velint, Principes temporales per superiores Ecclesiasticos, non per se hoc iuramentum exigere debere. *Vranius in d. cap.petitio.num.3.4.* tamen satis est in hoc, quod illud laici Principes possint velle, & quod ab Ecclesiasticis fidelitas ipsis debeatur, *vt post alios VVesembecius cōs. 33.num.21.versic à qua. & cons.37.num.6.versic.Quæ ideo.Guilelm.Benedicti d cap.Rainutius.decis.2.num.162.* Gerardi Cameracensis Episcopi, Viri Canonum Iuris peritissimi, & religiosissimi dictum huic Abbatis propositioni, sumptæ latè, aduersatur, qui Episcopos quosdam Francicos, atque Burgundicos quoddam iuramentum inter se concipientes in fraudem cuiusdam iuris Regalis acriter reprehendens diutissime eorum conatui restitit, seditiosum fore dictitans, nec quod Regalis est iuris, Episcopos debere sibi vendicare, *Ne Status Ecclesiæ Sanctæ confunderetur, quæ geminis personis, regali, videlicet, & sacerdotali præcipiatur administrari,* vt refert, & se-

 quitur

quitur *Boethius Epo. d. lib. 1. num 240.* Intelligenda itaque, vt sustineatur, Abbatis, & sequacium opinio est, Ecclesiasticis solis commissam esse rerum Ecclesiasticorum curam; nec ad Principes esse recurrendum; ita tamen, vt Principibus laicis nullum periculum creetur, nec adimatur ius, quod canonica honestas tribuit, nec impediantur ipsi canonicas sanctiones super spiritualibus editas suis legibus exequi; sua auctoritate, & brachio, pœnisque firmare, non quod illorum iurisdictio necessaria sit ad esse iurisdictionis Ecclesiasticæ, sed ad bene esse, & quietè exequi sine publica perturbatione. Sic Principes ad electionem vocantur, vt electores ab impræssionibus defendant, *c. 1. num. 4. de electione*, & hæreticos, ac schismaticos arceant, *vt per Compostellan. in vbi Io. Andr. num. 3. Ancharan. 1. Butrius num. 14. qui etiam in cap. messana, num. 3 eodem. Geminian. in c. Principibus. 63. distinct.* Sic in Concilijs Generalibus Imperatores cum Iudicibus sæcularibus præsedisse, vt omnia fierent sine vi, fraude, ac tumultu, asserit *Bellarminus d. to. 2. controuers. 1. lib. 1. cap. 19. versic. Quartum Concilium*, & assistere posse, vt audiant, & consulant, habereq; consultiuam vocem, non decisiuã, *Conradus Templi Iudicum lib. 1. c. 1. § 4. tit. Conciliũ Generale n. 9.* & assistere pro cõfirmatione Fidei, *Martinus Laudensis de Principe. q. 481. Tract. Venet. to. 16. fol. 211.* quia super Concilio habeant quandam facultatem, saltem quo ad locum materialem, *vt per Bellarminum ibidem. versic. Altera ratio est.* Ex quo dicere idem nos possumus, quo ad beneficia, vt super eis, quò ad temporalia Principes laici habeant quandam facultatem, ne sub eorum prætextu templa factionum causa habeantur, & inde aliquid detrimenti respublica sentiat. *Gregor. Tholosan. d. ti. de electione, cap. 19. num. 15. versic. Curare enim.* Nec spiritualium consideratio à Principibus laicis in ordine ad quietem publicam ex suprascriptis excludi debet, sed tantũ ad dijudicandũ de eis, cũ ideo Principes non debere permittere libertatem credendi, sed suis edictis grauiter persequi, quia ciuilis reipublicæ incolumitas ex pace Ecclesiæ pendeat, in qua si fides, & obedientia Deo non seruatur, nec Principi seruabitur, scribat Bellarminus, *d. cap. 18. versic. Tertio libertas.* Quin nec excluditur spiritualium consideratio à Principibus, si dispone-

re se exprimunt ad consulendum saluti animarum subditorum suorum, quia ad illius etiam curam ex debito suo tenentur. Sacca d. cons. 60. num. 58. seq. & ideo possunt homines compellere ad honestè viuendum, Scotus cons. 20. num. 17. lib. 1. tom. 1. Et licet in ipsa materia electionis alicubi dicatur, quod laici, populusq; docendi sunt, non sequendi, & quod imperare non debent cum eos maneat necessitas obsequendi, id tñ sano modo intelligendum est, respectu nimirũ vinculi spiritualis per eos conferendi, & iudicij de spiritualibus pronunciandi, quæ statutũ istud non respicit; non autem respectu obiectionum, ac exceptionum contra electum proponendarum ante possessionem beneficij, quæ cum facti sint, non tolluntur per regulam, quòd laici docendi sunt, non sequendi, vt bene aduerterunt Archidiaconus, & Turrecramata in c. docendus 62. distinct. & idem Turrecremata in c. Adrianus. num. 3. 63. distinct.

Nec vltima ratio Abbatis est considerabilis, quod Clerici timidiores reddantur; quia patet, per hoc nihil eis auferri, quod iure canonico, vel communi liceat, quin honestatis Ecclesiasticæ maior in eis cupiditas accenditur, qui se expositos vident Principum etiam laicorum legitimis oppositionibus, tam respectu morum, quam fidelitatis, quod in hac materia, in simili, grande, & vtile frænum dicit Nauarrus lib. 1. de officio ordinarij cons. 6. num. 2. & iura, ac DD. non adeo effuse illam propositionem admittunt, sic enim nullum statutum sustineretur etiam expresse Clericos, vel Ecclesiã non nominans, quia in vnoquoq; dari potest casus, qui reddat Clericum timidiorem, quam si statutum non adesset, vt in simili ponderat Christopho. Mart. Medices decis. 53. num. 30. ideo cum grano salis propositio est intelligenda, vt per eam non tollatur principibus, vel patronis benificiorum ius opponendi, & adimatur Regibus Oeconomica coerctio Ecclesiasticarum personarum, quæ ius dat, eos turbantes statum publicum extra eum sine dedecore ponendi, vt innumeris congestis probat nouissime Giurba cons. 49. nu. 16. & 17. Salgado de Regia protectione par. 1. cap. 2. à nu. 267. ad 300. ad quod referri possunt etiã cumulata per eum part. 1. cap. 1. prælud. 2. per totum. Gulielmus Benedict. d. c. Raimutius. decis. 2. nu. 161. 162. & seq. & num. 165. versic. Ad quod facit.

Cali stus Ramir. *de Lege Regia.* § 27. *num.* 12. *vbi innumeres*
Hoc enim ius grati, & fidelis obsequij iure naturali, & Canonum debiti non reddit Ecclesiasticos timidiores, nec eorum onerat libertatem, vt optime probat textus *in l.* 1. §. *si manumisero*, iuncta doctrina ibidem Cumani, & Fulgosij *in princip.* ac Zasij *num.* 3. *iuncto* § *quæ oneranda*; & ibidem doctrina Cumani, & Fulgosij, *in versic. Tertio no. & versic. In glo.* 2. & Zasij *num.* 3. & 4. *in fine. ff. quarum rerum actio non detur.* Erit itaque Abbas cum sequacibus de contentiosa iurisdictione intelligēdus circa spiritualia, & Ecclesiastica, quæ ex se, non ex Canonū Decretis procedere velit, & proinde eius opinio, nec Ducum Vicecomitum Decretis nocebit, qui solam pœnam indignationis suæ imponunt, modis à Canonicis sanctionibus permissis executioni mittendam. Multo vero minus feriet edicta per Oeconomos publicata, quæ nō sunt iurisdictionis origo, sed effectus iurisdictionis iam diù radicatæ, & Canonicis Decretis non repugnantis, stante consuetudine etiam immemoriali, & priuilegij allegatione. Nihil obstante, quod in vno Decretorum antiquorum puniātur cōsanguinei Clericorum; quia cum Princeps declaret sibi, & Statui suo suspectos esse Clericos, se inscio, & inuito beneficijs sui Status se intrudentes, super præsum pro consanguineorum auxlio statuere posse, etiam pœnas imponendo post alios scribit Giurba *d. cons* 49. *nu.* 8. & 9. nec ad aliud edictis, & vexatione consanguinorum Clerici à Principe laico deducuntur, quàm ad id, vt ante adeptionē possessionis beneficij Principem interpellēt, an habeat aliquid, quod opponat, & an ipsi placeat prouisus, vel prouidendus, ad quod ipsi Canones eos etiam deducunt; nec valet consequentia, aliquo modo hoc est præiudiciale Ecclesiæ, ergo Ecclesiasticę libertati repugnat, vt aduertit *Bossius tit. de Principe num.* 220. *versic. Potest tamen.* vbi ait notandum ad aperiendos oculos tenebris inuolutos. Illa enim pęna indignationis Principis, vel eius diffidentia non minuit libertatem Clerici; patet id ex doctrina *Bellarminij d. to.* 2. *controuers.* 2. *lib.* 3. *cap. vlt. versic. Argumentum decimum septimum.* vbi liberum dupliciter accipi dicit, vno modo ab obligatione, vt liberum est, vouere castitatem, quia non tenetur vouere, & si non vouet, in aliquam pœnam non incidit. Alio

modo

modo, vt contrà distinguitur à necessario, vt liberum est, non credere, & peccata commitere; & tamen, qui non credit, vel peccata committit, indignationem Dei incurrit; nec libertas impedit pœnam, nec pœna tollit, aut minuit libertatis arbitrium; ita liberum erat, petere beneficium, & impetrare, non tamen tollebatur, quin impetrans inscio, & inuito Domino incurreret indignationem Principis; nec pœna dicitur tollere libertatem beneficialem; maximè cum Clericus intrudens se possessioni inuito Principe dicatur eum priuare si non in toto, saltem in parte facultate opponendi sibi à iure Canonico permissa, vt supra dictum est, quia res non est adeo integra.

Quarto Respondetur, quod licet concederemus controuersiã respectu solius Statuti dubiam esse, & nos in casu Statuti versari; attamen, cum de Summorum Pontificum consensu constet nedum tacito, vt supra probatum est sed, et expresso per Concordiam, de qua vltimo loco agetur, omnis dubitatio cessaret; sufficit enim ad validitatem Statutorum similium tacitus Papæ consensus, qui per immemorabilem probatur, ita *Cancerius Variar. resolut. to. 3. c. 14 nu. 61. et. 63.*

Allegatorum singulos si percurrere velimus dici potest, quod.

Abbas *d. consil.* 83. habet pro re spirituali possessionem beneficij, quod tamen per alios DD. non ità admittitur absolutè. Quidquid sit quo ad formam statuendi, de qua ad abundantem supra disseruimus, certum est, Abbatem in lectutis, in quibus solet magis credi DD. approbare consuetudinem placiti, & dicere, satis æquum esse, quod Principes prouisos non admittant ad possessionem beneficiorum, si habent suspectos, vt supra notatum est.

Felinus, & Decius Abbatem simpliciter secuti, nec ipsi placitum improbant; quin Felinus ait, omnes tenere, promotum per Principe seculaē licitè posse repelli, vt supra relatũ est.

Bossus diligenter legendus est quo ad Decreta Ducum Vicecomitũ *tit. de Principe.* Nam improbat iniectionem manuum in Clericos auctoritate seculari tantum, quod nos non defendimus, ibi, *puniens eos*, & ibi, *in carceres trudi*, & ibi, *ac etiam ipsosmet Sacerdotes*, & ibi, *obseruatur etiam quò ad personas Ecclesiasticas*. Et improbat bannum Episcopi iam admissi vt eum intelligit Lelius Iordanus *de Rom. Sedis origine cap.* 12. *nu.* 6.

num. 6. vbi explicat l. quicunq; C. de Episcopis, & Cleric. Tract. Venet. to. 13. parte 2. fol. 17.

Cæterum placiti consuetudinem non improbat, & quod Princeps caueat, ne electio Prælati fiat absq; suo placito, sed *nu.* 225. se remittit Corsetto de Potestate Regia *q. 11.* qui consuetudinem approbat. Quin *tit. de hæreticis num.* 14. tenent, quod licet Princeps sæcularis non possit se intromittere in electione ad beneficia, tamen potest sibi suspectum electum eijcere, & hoc dicit per Senatum obseruari, cuius etiam obseruantiæ testis est Clarus §. *fin. q. 36. vers. Cæterũ si Clericus.*

Boethius Epo. collationem beneficiorum in Principe improbat, non placitum, & approbationem collationis, vel prouisionis, vt supra obseruatum est.

Azorius ex Felino communem opinionem Abbatis dicit, & tamen Felinus hoc non ait, sed simpliciter, se verius hoc putare. Quin ipsemet Azorius consuetudinem placiti Regij, nec ante, nec post prouisionem beneficij improbat. *Vt d. lib. 5. cap. 19. versic. consuetudo, quæ Ecclesia, ibi, potest tñ. & versic. Præterea consuetudo ibi. Item teste eodem Abbate.*

Belleta *d.* §. 15. *nu.* 21. improbat statutum solum ex intentione statuẽtium, quam non putat esse ad finem opponendi, vnde cum nostro in Oeconomatu intentio ad illum finem sit, etiã in Decretis Vicecomitum, non obstat. Idem tamen Belleta vult locis supra relatis, posse Principem non admittere Episcopum sibi suspectum.

Albanus simpliciter refert Abbatem; & Felinum: testatur tamen omnes ferè Principes seruare contrarium.

Natta simpliciter refert Abbatẽ, & Felinũ, & ad aliud inducit.

Capicius nihil firmat, sed simpliciter refert opiniones; quin apparet imperfectam remanere decisionem in hac articulo.

Tuscus refert simpliciter Abbatem, & Felinum cum Bossio.

Grassus, etsi suprascriptos ibi referat, attamen effectu 1. *num.* 1038. *& seq.* vult, Principem posse forbannire beneficiatum sibi suspectum, & non teneri admittere prouisum à Papa sibi suspectum.

Laderchius nititur solo Abbate, & ad aliud.

Viuianus, etsi statutum impugnet, non tamen placitum, nec eius consuetudinem, & asserit, Principem posse recusare admittere sibi suspectum, vt ex locis supra notatis.

Io. Lupus improbat interuentum Regis electioni, & consensum vti necessarium electioni, non interpellationem re integra, vt opponat: quin *d.q.13.nu.5.* ait, de honestate faciendā esse; honestatem autem vinculum inducere obligationis post alios probat Topius *de potestate Principis sæcularis* §. 3. *nu.* 10. & §. 8. *num.* 8. ideò ab impugnatione consensus in electione ad impugnationem placiti argui nequit.

Parisius ad Barth. simpliciter se remittit Abbati *d. cons.* 83.

Mandosius ad Lapum, nihil firmat, sed promiscuè allegat auctores ad materiā. Quin ipse *cons.* 55. *in fine.* dicit de facto seruari, vt exigatur cōsēsus in possessione beneficiorū capiēda.

Vrsillus ad Afflictum dicit, dicta Abbatis, & Felini esse intelligenda secundum à se superius dicta, vt vlz. excludant à laico cognitionem tituli, non nullitatis euidentis, vel quæstionis facti, & sic nobis non obest.

Mascardus nititur solo Abbate, & Felino, nec excludit consuetudinem.

Cardinalis Toletus *d. cap.* 14. non videtur de hoc loqui.

Marius Antoninus non loquitur, ibi, de Placito; quod de consuetudine in partibus Lombardiæ requiri asserit in immissione in possessionem beneficij, nec tamen improbat *d. resol.* 58. *num.* 18. *lib.* 1. Vlterius ipse non loquitur ex sua sententia. *d. resolut.* 91. & testatur de practica placiti.

Episcopi Mōtismarani tractatus non visus materiam non præbet respondendi.

Opponi facilè possent his non pauci, qui pro validitate statuti per suprascriptos in dubium reuocati scripserunt, vt Angelus *d. cons.* 23. huius opinionis auctor. Socinus Senior *inter cōsilia Curtij Senioris cons.* 201. *nu.* 37. *versic. Deinde.* Ferretus *cons.* 18. *nu.* 3. Amedus à Ponte *in tract. quis sit Iudex in causa feud. col. penul. vers. Quinimmo. Tract. Venet. to.* 10. *par.* 2. *fo.* 199. Siluester Aldobrandin. *in addit. ad Deciū in d. cap. Ecclesia S. Mariæ. nu.* 185. *de Constitutionib.* Thesaur. *decis.* 131. *num.* 7. Azebedo *ad l.* 2. *lib.* 6. *in.* 1. *lib. recopilat.* Camillus de Curte. *diuersorij feudalis par.* 2. *cap.* 2. *num.* 137. & *seqq.* Ceuallos. *commun. contra commun. par.* 4. *q.* 897. *nu.* 415. *vers. Ex qua ratione.* Petra *de Potestate Principis cap.* 6. *nu.* 83. & 91. *iuncto cap.* 15. *num.* 61. (quos tres, vt & Salgadum supra allegatū S. Matris Ecclesiæ permissu legere licuit) Menochius *in suo tractatu manu scripto*

de iurisdict. lib. 3. cap. 29. versic. His causis. in fine. Peregrinus *variar. Iuris. lib. 4. nu. 53. versic. Aduerte tn. pag. mihi 81. & decis. 145. n. 7. versic. Sed contra. & n. 38.* Muta *in Capitula Regni Siciliæ c. 21. n. 3. to. 3. licet in suo casu disputãdi occasionẽ euitet supposita in Regno Siciliæ Monarchia à Summo Pontifice approbata.* Borellus. *de Regis Catholici præstantia cap. 71. num* 218. & validitatem dicti statuti supponunt Baldus. *in Disputatione incipiente. Accusatus de vi turbatiua. col. vlt. versic. Iuxta hoc quæritur. mihi fol 36. in Disputationibus Diuersorum*; quem referũt, & sequũtur Felinus. *in tract. quãdo conatus puniatur col. 4. versic. Demum Adde.* Lancellotus *de Attentatis parte 2. cap. 4. ampliat. 11. nu. 5.* quibus addi possent non pauci, ex rationibus Angeli similia tradentes, & qui statuta Principum laicorum sustinent circa beneficiorum collationem naturalibus tantum faciendam, quę ab hoc videntur ratione materiæ, & formæ non differre, quos congerere necesse non est; cum ad statutum tantum nostra non reducatur disputatio.

Ad secundum facilis responsio est; Bullam *in Cœna Domini*, & Extrauag. *Vnicam de consuetudine.* non tollere consuetudines Ecclesiasticæ honestati conformes, sed solum eas quæ tollunt libertatem Ecclesiasticam; nec adimere Principibus sæcularibus ius, quod habent ex sacris Canonum Decretis, cuiusmodi illud esse, de quo agimus, supra ostensum est; sed iniustas vsurpationes cognitionis, vt latissimè ex communi probat Salgado *de Regia Protectione, parte 1. cap. 1. prælud. 5. à num. 232. ad 254. & cap. 2. num. 288. & seqq. vbi ponderat verbum eijcientes.* Quin nec ipsa non admissio beneficiatorum ad beneficia, Bullam, aut dictam Extrauagantem respicit. Non Extrauagan. quia nominatim restricta est ad Legatos, & Nuncios Sedis Apostolicæ, ideo ad alios Ecclesiasticos non ampliatur. Non Bullam; quia primò Bulla non procedit, vbi ex iusta causa quis actum facit, vel legitimè: idq; etiam si sit actus eiectionis, qui est nominatim illa compræhensus, puta quia vel legitimè faciat, vel quod graue scandalum, & periculũ Reipublicæ timeatur, nisi eijciatur, & interim Rom. Pontifex cõsuli non potest. *Vgolinus ad Bullam Cœnæ Domini par. 2. vers. Aut omnes à suis Diæcesibus. §. 1. num. 4. vers. Postremò excipitur pag. 305.* Secundò, quia etsi Bulla non loquatur de omnibus beneficiatis, tamen in ijs,

quos

quos exprimit, excommunicat solum *eijcientes*; quo fit, vt illius dispositione non comprætendantur *non admittentes*, nam *eiectio* vti vox priuatiua habitum præcedentem præsupponit; ratio est, quia grauius est eijci, quam non admitti. *arg. cap. quemadmodum, vbi glos. de iureiurando*, & licet de hoc videatur sine vlla valida ratione dubitare. Vgolinus. *d.§.1. versic. Tertio.* tamen hanc opinionẽ firmant, & retinent Cardin Toletus *in summa. lib. pri. cap. 26. num. 8.* Alterius. *de censuris, to. 1. disputat. 12. cap. 4. versic. Tertiò quæret quis, & cap. 8. versic. Extat quoque, & vers. Animaduertit.* Duardus *in Bulla Cœnæ Domini lib. 2. canon. 11. q. 9. n. 1. 3. & 10.* Tertio etiamsi (quod non concedimus) statutum tale Bullæ repugnaret, cum non agatur de eius obseruatione, sed de obseruatione consuetudinis, cuius prætextu nihil statutum est, eam obseruantes, vel obseruari facientes Bulla comprehensi non sunt *Suarez de Censuris. sect. 2. disputat. 21. num. 86.*

Ad tertiũ, in quo distinguuntur electiua beneficia à collatiuis. Respõdetur, primam partem oppositionis, quod iura Canonica loquantur de electiuis, & iurepatronatus, in se, vt ait Abbas. *d. cap. cum terra. num. 4.* veram esse, non tamen applicari omnibus capitulis, & Canonum Decretis, quæ in hac materia adducuntur; nec vis faciẽda est in glossis, vel DD. dicentibus, fortè Rex erat patronus; quia iste intellectus diuinatiuus, quod Reges essent patroni, nõ habens in textu fundamentum, & iure ciuili improbatur, & à Canonistis appellatur miserorum remedium, *vt per Imolam in cap. ex parte. de testib. colum. vlt. in princ.* & hunc intellectum reprobant Afflictus. *d. q. 18. num. 7. in Prælud. ad Constitut. Regni.* Isernia *in Proemio dd. Constitut. versic. Dicunt ergo, & versic. Quorum neutrum. ponderans verba illa Vice Regia. nulla patronatus facta mentione.* ideò alium intellectum diuinatiuum, quod in dict. iuribus peteretur assensus, quia electus ad Ecclesiam per illam haberet feudum à Rege, dicit mirandum, iure tamen non probari. Abbas. *d. cap. cum inter vniuersas. nu. 4.* Sed etsi daremus, in illis iuribus determinari casus iurispatronatus laicorum, non apparet, quomodo illatio fiat ad Regem, qui illius iuris dominus dici non magis potest, quam aliarum rerum, quæ in dominio priuatorum eius subditorum sunt, in quas ius dominij non habet. *vt per Iserniam. in d. Proemio.*

verſ. Licet hodie. niſi dicamus Principem ratione publicæ, vtilitatis, & ad hoc ipſum diſpiciendum, an publicè electio vtilis futura ſit, poſſe ſubditis ſuis iure competenti vti, & id opponere, quod ipſi poſſunt; quod ſi Eccleſiaſtici cōcedunt, nulla planè diſputatio reliqua eſt, cùm ſupra ſatis probatum ſit, quemcunque intereſſe aliquod habentem poſſe cuicunq; tàm electo, quam prouiſo opponere, & cum nullum beneficium ſit, cuius reſpectu aliquis intereſſe non habeat, omnibus poterit opponere beneficiatis, maximè ſi ſequamur opinionem Gul. de Benedicto. *in c. Rainutius in ver. Et vxorem nomine Adelaſiam. deciſ.* 1. *nu* 24. *de teſtamentis.* Quamquam verius ſit, Principem iure ſuo publico poſſe omnibus beneficiatis opponere; vt ſupra probatum eſt, quæ ratio æquè omnia beneficia reſpicit tàm electiua, quàm collatiua, & per conſequens neceſſitatem inducit interpellationis, quò ad omnia ante adeptionem poſſeſſionis, vt & illa ratio, quod non tam in beneficijs iuriſpatronatus Regij, quàm in omnibus alijs, quæcunque illa ſint, Protector, & Conſeruator Rex ſit exiſtimandus, ideòque & publicæ vtilitatis, & huius auctoritatis gratia Princeps, vel eius procurator generalis audiendus ſemper ſit, *vt per Fabrum deciſ.* 48. *C. de ſacroſ. Eccleſ.* vltrà patronos, & alios intereſſe habentes. *Faber d. deciſ.* 48. *& deciſ.* 49. *C. eodem*. quæ conſideratio validius militat in beneficijs habentibus dignitatem, quæ in dubio præſumi patronatus Regij ſcribit Faber. *d. deciſ.* 48. vnde fit, vt Epiſcopalium Eccleſiarum patronos Reges præſumant Archidiaconus, Geminianus, & Turrecremata *in cap. lectis, num.* 1. 63. *diſtinct.* Baldus *in proemio Decretalium in verbo, Rex pacificus, nu.* 19. *in fine*, & ibidem Præpoſitus. idem Baldus *in cap. quarto, in fine, de iudicijs*. & Paris de Puteo *de ſindicatu, in verbo, ciuilitas, verſic. Et dixit Baldus*. Martin. Laudenſ. *de Principibus. q.* 74. Conradus *in templo Iudicum, lib.* 1. *cap.* 2. §. 3. *tit. de Magnitudine Regum num.* 9. *verſic. Sic Reges*. Couaruuias *in regula poſſeſſor. parte* 2. §. 10. *num.* 5. *verſic. Immo, & iure communi*. Salgadò *de Regia protectione parte* 3. *cap.* 10. *num.* 239. Reſtaur. Caſtaldus *de Imperatore. qu.* 100. *num.* 20. 26. *Tract. Venet. tom.* 16. *fol.* 72. Ruzæus *de Iure Regaliorum priuileg.* 11. *num.* 6. *Tract. Venet. to.* 2. *fol.* 367. Corſettus *de poteſtate Regia parte* 3. *q.* 34. *num.* 60. *Tract. Venet.*

net. tom. 16. *fol.* 1037. *qui in argum. adducit tradita in d. c. cum terra cum similibus*. Gulielm. Benedict. *in c. Raynutius in verbo Et Vxorem. decis.* 2. *num.* 80. *versic. Ad quod facit, & nu.* 84. *vers. Secunda de testamentis* Faber *d. decis.* 48 *num.* 7. *&* 9. *& C. de Iure Patronatus. decis.* 1. Muta *in Capitula Regni Siciliæ cap.* 21. *num.* 17. *versic. quia realiter, & num.* 29. *tom.* 3. Afflict. *in Prælud. Constitut. Regni q.* 18. *num.* 9. Igneus *in repetit. l. necessarios. §. non alius. num.* 333. *&* 343. *ff. ad Sillanianum*, in quo etsi quo ad strictè sumptum patronatum dissentiant aliqui, quò ad protectionem tamen non repugnant *Præpositus d. c. lectis, & glo. in reg.* 40. *Cancellariæ. versic & dictum Archidiaconi, & latius post alios Gemminius. d. cap.* 12. *nu.* 25. *seqq. ad* 40. Illud vnum satis est, quod DD. omnes superius adducti constanter, nemine contradicente, concludunt, quod, vt patronus opponere moralia, & inimicitiam potest electo, ita etiam Princeps; & hoc non dant Principi ex patronatu proprio, nec ex patronatu priuato, sed ex ratione Principatus, vel vt d. glo. ait. *iure solij*, & fine conseruandi publicam quietem, cui Canonica honestas cooperatur, & adsistit: hæc autem ratio repugnat distinctioni electiuorum beneficioru à collatiuis, cum Princeps etsi Summo Pontifici, & ordinarijs locorum conferentibus fidere debeat, immo etiam eos admittendo fidem eorum approbarit, Placitum suum impertiendo, tamen hæc generalis fiducia non influit in singulares beneficiorum collationes, cum Principatuum arcana ipsum etiam Summum Pontificem, & Ordinarios plerumq; lateant, & eorum informationibus, quæ obreptionibus, & subreptionibus obnoxiæ sunt deferre ita non debeat, vt suo iure opponendi priuandus sit, ex quo iure nedum in Episcopatibus, sed etiam in quibuscunq; licet leuissimis beneficijs manasse vsum placiti per Oeconomum temporalis Principis dandi testatur Cuccus. *d. lib.* 4. *tit.* 1. *num.* 108. 109. Altera obiectionis pars, quòd ante confirmationem electio præsentetur, non autem post, ideoque nec laico sit præsentanda collatio, quia hoc pacto iudicio Laici subijciatur canonica ordinatio, planè erronea in facto est; nam Oeconomus, & Princeps laicus de ordinatione Ecclesiastica, nec iudicant, nec iudicare intendũt, sed opponere, quod legitimè opponere possent etiam post adeptam à

beneficiato possessionem; vnde cessat ratio illa contemptus iuenta, quæ fortius aduersus honestatem canonicam, vt supra obseruatum est, militat, si post possessionem oppositio fiat: honestius enim est non admittere, quàm eijcere. Nec dicitur iniuria fieri Papæ, vel Ordinario opponendo eorum collationi, tum quia Princeps iure suo vtitur, tum quia Papa in his, quæ facti sunt errare potest, *Hostiens. in cap. cum venissent. numero 5. de Institutionibus. Monaldus cons.* 109. *num.* 5. *lib.* 2. vt ipsa vniuersalis Ecclesia teste Io. Montaigne *de Biganiaq;* 5 *.num.* 29. *Tract. Venet. to. fol.* 129. nec solum errare in facto, sed etiam obliuisci propter negotiorū multitudinem *Palam Diuersorij iuris communis in capit. Regni. Detestantes glo.* 6 *.nu.* 3. ideoq; Papa præsumitur, nedum locorum consuetudines ignorare. *Bellam. cons.* 31. *nu.* 25. sed etiā merita personarum. *Lupus d. tract. libertate. Ecclesiast. cap.* 14. *nu.* 2. *in fine.* & cum tam Papa, quam Ordinarij procedant in sumendis informationibus prouidendorum qualitatum per extrauidiciales informationes, *vt per Gonzales ad d. reg.* 8. *Cancell. glo.* 9. §. 1 *.nu.* 15. *& seqq.* non dicitur contemni Ecclesiastica honestas, si quid opponatur, qod ipsis in facto ante non innotuerit, est enim hæc oppositio contra materiā electionis, non contra formam, quę proinde admittitur à Curia, etiam in electo à Papa in Episcopum, *Collect. quem refert, & sequitur Bellamera in c. onin inter. R. num.* 11 *. vers. Gar. not. de electione. Probus d. tract. de iure Regaliæ quest.* 35 *. numero* 12. Hic sane contemptus facile tolli poterit, si reuocentur ad obseruantiam antiqua Mediolanensis Ducatus Decreta, vt impetraturi beneficia à Principe ante impetrationem, testimonium eorum integritatis, & confidentiæ Principis obtineant, sic enim Placet re integra emanabit, quò ad Ecclesiasticos, & Principem. Sed Ecclesiastici istud quasi libertati Ecclesiastici præiudiciale impugnarunt; alterum hoc, quod ius Principis dumtaxat conseruaret Placiti tempus commentitio contemptu exinanire nunc conantur, cum tamen deceat, Principi innotoscere prouisionem beneficiati, vt quòd ante eam ignorans non potuit excipere, postea sciens opponat, re tamen integra, hoc est nondum adepto temporalem possessionem beneficiato, cum non sit cogendus intra suum statum periculum admittere. Tollitur

etiam

etiam hæc distinctio ponderando auctoritatem Papæ circa vtrumq; genus beneficiorum electiuorum, & collatiuorum, quæ absoluta est, & maior quocunque Ordinario, nam in patronatibus Papæ collatio nocet, Ordinarij nequaquam. *Rebuffus cons. 81. num. 2. & 10. Faber. d. decis.* 48. & cùm Ordinarijs concurrit præueniendo, quia ab eo Ordinarij habent auctoritatem collationis, *Rebuff. d. cons. 81. nu. 3. seqq. 8. seqq. Garzias de Beneficijs parte 5. cap 1. num. 1 seqq. Gonzales d. reg. 8. §. 1. proem. num. 4. & 20.* ideò si in prouisis à Papa militat facultas opponendi, & non admisso, *Grass. d. effect. 1. num. 1039. Marius Antonin. d. resolut. 58. num. 12. Abbas, & alij supra allegati*, facilius militabit in prouisis ab Ordinario; nihil obstante quod Summus Pontifex dicatur prouidere personis, & non Ecclesijs; Ordinarij verò Ecclesijs, & non personis, quia etsi paulo magis certi esse possint Ordinarij, quã Papa, & Ordinarij videantur prouidere motu proprio, Papa ad petitionem partis; id tamen nõ tollit, quin dicatur Summus Pontifex æque bene, & re ipsa etiam Ecclesiæ, vt Ordinarius, prouidere, *vt declarat Gonzales d. reg. 8. glos. 5. à num. 173. ad 189.* Et proinde non tollitur, quin Princeps prouisioni omnium possit opponere, cum etiam Ordinarij possint ex varijs affectionibus non semper dignos eligere, quæ fui, vna ex rationibus introducendæ reseruationis Pontificiæ, *vt per Gonzales d. glos. 5. num. 187. & 188.* Quod si in Episcopatibus admittitur, quæ dignitas proxima supremæ nõ præsumitur conferri, nisi dignissimis, & quæ nunc collatiua dignitas est, quanto facilius admittetur in cæteris beneficijs ad quę inferioris status, & conditionis homines admittũtur? ab electiuis enim videtur argui posse ad collatiua, cum electiua speciali nota digna sint, *Gonzales d. regul 8. glos. 19. 6. Graz. d. par. 1. c. 6. n. 27.* ita in ꝓposito nostro arguit Probus ad Io. Monacũ *in c. licet, n. 9. de Præbendis. in 6.* Nihil obstante, ꝙ in Episcopis maius sit periculũ, quia obiectio nõ tollit periculũ in inferioribus ab Epõ; & plus, & minus non variant dispositionẽ, vt nec faciunt differre specie. *Probus d. n. 9.* Sed nimirũ ad electiua res deducitur, quia electionis, & postulationis materia est parũ practicabilis; cum nunc nõ sit fere in vsu, & titulus electionis iam recesserit ab aula, omnibus fere beneficijs collationi suppositis, *Garzias de beneficijs. parte 4. c. 1. nu. 11.* ita vt ipsorum etiam Episcopatuum electio sublata vix in aliqua Germaniæ parte retineatur. *Viuian. de iurepatro-*

natus lib.3.c.1.n.34.seq.Barbosa in c.cum inter 18.*n*.3.4 *de elect.* quæ prouisionis mutatio, vt in Episcopatibus non offecit iuri Regio, ita nec in alijs, beneficijs etiamsi mutatio status eorum facta diceretur de electiuis collatiua faciendo, quia hæc mutatio à Summis Potificibus fit sine tertij præiudicio, maximè vero sine diminuitione iuris Regij, quod semper intelligitur exceptũ remanet enim eadem beneficiorum materia, & substantia, *ita pluribus probat Salgado de Regia protect.par.* 3.*c.*10.*à n.*316.*ad* 319. & ante eũ ponderauit *Gul. Benedict. in d.c. Rainutius decis.*2.*n* 84.*&* 85. Additur, quod si materiã respiciamus, ęque spiritualia sũt beneficia collatiua, ac electiua, neq; vlla assignatur differẽtia, vel gradus maior spiritualitatis in vno, q̃ in alio; quin ipsamet electio act⁹ est adeò spiritualis, vt ab eo laici penitus per Ecclesiasticos arceantur: ideò constitui tale discrimen nõ potest, vt per *Probũ d.c. licet. n.*9. & licet collatio Papę habeat implicitã cõfirmationẽ, *Cucus d.lib.*4.*tit.*4.*n.*52.53.tñ DD. electionẽ putãt magis Ecclesiastico decori conuenire, Regi præsentare post confirmationẽ, q̃ ante; nec ante volunt exhiberi, nisi id habeat priuilegio, vel consuetudine, *Vt per Inoc, d.c.cũ terra, in fin. Abb.n.* 2 *Hostiens.n.*10.*Bellam.col.*1.*vers.Quo facto, & col.*3.*vers.Vnũ aliud. Zabar.nu.*4.*vers.Secundo quæro. Anchar.n.*4.*vers.octauo, et alios ibidẽ*, per quos tollitur noua contemptus consideratio; quibus addi potest, quod præsentatio ante confirmationem magis priuilegiata est, ideo fit Regi patrono; Regi autẽ non patrono fit tm̃ post confirmationem, vt ita iura concordãdo Isernia *in Proemio Constit. Regni. versic. Quare si Rex*. Vt propterea, cessante cõtẽptu, cũ eidẽ periculi status ratio militet proportionabiliter in oĩbus beneficijs, nõ sit diuersa dispositio constituenda, sed in omnibus Princeps ante possessionẽ beneficij requirendus, vt sibi vel placere respondeat, vel opponat sibi minus fidis, ne admittantur ab beneficiorũ possessionem, qua contemplatione electus ei præsentandus est, *Muta d.cap.*21.*nu.*36.*to.*3. *Borellus de Regis Catholici Præstantia cap.*50.*nu.*18. 19. ad quem effectũ ex hac ratione cõstitutos esse à Principibus sæcularibus Oeconomos testis est *Cuccus. d.lib.*3 *tit.*7.*n.*22.*vers.& à Prin. et d.l.*4.*tit.*1.*n.*18. 19.*et* 109. Et hæc de primo articulo, in quo quidquid cogitatum, dictum, scriptumuè est, volens, lubensq; S. Matris Ecclesiæ censuræ non erranti subijcio, vt & me ipsum, meaq; omnia.

SE-



ECVNDVM caput præsentis controuersiæ respicit vacantium beneficiorum custodiam, & traditionem prouiso, cum rationum redditione.

Oeconomi nominis proprietas, à qua licet arguere, *vt per Euerardum in loco à nomine dignitatis officij*, cuique ostendit, cum initio huius muneris, cuius memoria non extat, beneficiorum etiam custodiam propriè fuisse coniunctam; est enim Oeconomus, cui res Ecclesiæ administranda mandatur. *l. iubemus nulli, vbi Azo. Butrigar. Gdofred. Castr., & Salicetus, C. de SS. Eccls. & distinct. 89. per tot. vbi Canonistæ, qui etiam in cap. cum vos de officio Ordinarij, & alibi passim.* Sanè hanc custodiam multiplici ex causa esse decuit penes Principem sæcularem; cui nihil est, quod obstare posse videatur, siuè rem custoditam spectemus, siuè custodem, siuè mandantem custodiam.

Et enim, cum supra probatum sit, placiti ius Principi competere, eumq; re integra esse interpellandum, facilè deludi poterat, si Ecclesiasticorum bonorum custodia penes Oeconomum ab Ordinario, vel Summo Pontefice deputatum extitisset; is enim, præsentatis ei collationis litteris, nedum bona, sed etiã exactos iã fructus prouiso tradidisset, nec integrũ fuisset Principi tàm facilè intrusum remouere, aut fructus repetere: nec fidere debuit Oeconomo Ecclesiastico sæcularis Princeps, qui nouit, in foro Ecclesiastico reddere se adeò difficiles Iudices in aliquo effectu concedendo Principis placito, vt aduertit Cuccus *Institut. Canonic. lib. 4. tit. 4. num. 62.* Fructus planè plurimum Principis interest non tradi personæ in statu non remansuræ, ne pecunias asportet, & Ecclesias exinaniat, vt in extro ponderant Azorius. *Institut. moral. to. 2. cap. 4. versic. Deinde cum alienigenæ. lib. 6.* Gulielm. Benedict. *in cap. Raynutius. in verbo. & vxorem nomine Adeasiam. decis. 5. num. 484. de testamentis;*

multò

multò verò minus consignari personæ sibi suspectæ, & quæ eis in Status perniciem abuti posset, quod ponderat in aliegna. Rebuffus. *cons.* 189. *num* 7. *versic. Item ne pecunias*. Beneficum verò, & temporalia Ecclesiæ ne suspectus recipiat, alius tutior modus repertus non est, quàm Oeconomi apposito, & ad hunc finē à Principibus sæcularibus apponi solere testatur Cuccus *Instit. Canon.lib.* 3.*tit.*7.*n.*11. Includit autem hoc ipsum communis opinio Doct. in primo articulo relata, asserentium, posse Principem non admittere, vel repellere; nam cum ad beneficium referatur, omne id intelligitur concedere Principi, quod necessarium est ad talis admissionis impedimentum cum effectu implendum, quod detentionem, siuè custodiam necessariò presupponit; vulgatum est enim, legem, quæ aliquid concedit, intelligi omne necessarium antecedens concedere, ne, quod omnes reprobant, lex aliquid frustra dicatur operari. Custodiæ autem ius dat Principi per consequens Oeconomi deputandi facultatem. *Abbas. in cap. cum vos. num.* 6. *in fine de officio ordinarij. Faber. definitione* 3. *C. de prohibita sequestrat. iuncta definit.* 53. *num.* 1. *in Addit. C. de fructibus, litium expensis.*

Huius verò Dominij, quam supra consi derauimus, qualitas, situsq; magis necessariam beneficij custodiam esse Principi sæculari demonstrat, ne factionum causa templa habeantur, & vel laici sine titulo se intrudant, vel Ecclesiastici concurrentibus rixæ graues, scandalaque oriantur, quibus satius est præueniendo occurere, quàm secutis remedium parere, etiamsi in lege aliquid durum inesse videatur, nec singulares casus sunt expectandi, vt in simili ponderat Clarus. §. *fin. quæst.*82.*versic. Statutum septimnm, & post eum Menoch.cons.*800.*num.*36.

In facto hoc verum esse testantur disertis verbis Nicolaus V. in Priuilegio Francisco Sfortiæ I. concesso. & Clemens VII. in Bulla Apostolici Oeconomatus concessa Picenardo, de quibus in facti summario; & in hoc Regi credendum est, vti de natura, & qualitate status sui optimè omnium

edocto,

edocto, cum etiam in singularibus casibus Principi de timore scandali credatur. *Decius. cons.* 125. *num.* 5. *Alba. cons.* 75. *num.* 6. *qui in terminis sequestri beneficiorum loquutur.*

In iure autem, posse Principes sæculares, vbi scandala timentur, etiam peersonis Ecclesiasticorum manus apponere non quidem violatrices, sed pacificas, supra traditum est, & docuit Nauarus. *cons.* 38. *num.* 3. *lib.* 5. *de senten. excom.* & Farinac. *q.* 8. *num.* 120. & posse super beneficiorum possessorijs disponere scribunt hac ratione expressa, qui statutum Florentinum defendunt supra allegati, quibus adduntur Vlpellus. *de libertate Ecclesiastica par. pri. num.* 23. Brunonus. *in Compend. resolutorio prrpositionum iuris. versic. Princeps sæcularis* Feiretus. *cons.* 1. *num.* 15. *&* *cons.* 12. *nu.* 15. Enriquez. *cons.* 9. *num.* 16. 17. 18. & super causis eorum possessorijs aliqualiter cognoscere, siuè retinendæ sint, siuè recuperandæ, non intelligendo tamen de plenario possessorio, nec de cognitione validitatis tituli, vt, omissis alijs generaliter articulum tractantibus, ex hac scandalorum ratione docent Afflictus *decis.* 24. Bossius *de Principe. num.* 212. Alba. *cons.* 75. *num.* 5. Thesaurus. *decis.* 82. *num.* 3. *in fine* vbi Thesaurus iunior. *in addit. versic. Quæ in iure fundatur.* Valascus. *decis.* 93. Fontanella *de Pactis Nuptialibus. to. pri. claus.* 4. *glos.* 13. *pa.* 2. *num.* 15. *post alios* Costa *ad Rubr. de iudicis. num.* 199. Sesse *de inhibitionibus. cap.* 8. § *pri. num.* 33. Couarruuias. *practicas, quæstion. cap.* 35. *num.* 2. *versic. Sexto.* Restaurus Castaldus *de Imperatore. quæst.* 101. *nu.* 11. *fol.* 73. *Tract. Venet. to.* 16. Ferrerius. *in addit. ad. Guid. Pap. decis.* 1. *versic. Nam quia eiusmodi*, Muta. *ad Capitula Regni to.* 2. *cap.* 114. *num.* 3 4. *& seq. & num.* 12. Tapia *in ius Regni. lib.* 3. *tit. quando Rex inter Ecclesiasticas personas. in rubr. per totam. & in cap. finis præcepti charitas. num.* 1. *seqq.* Petra *de potestate Principis. cap.* 6 *num.* 89. 90. *versic. Nisi priorum. &* 91. *vers. Verum est.* Brunorus *d. vers. Princeps. sæcularis* siuè etiam adipiscendæ, vt cum de obtinendo beneficio agitur, vt tradidere Ferrettus. *cons.* 1. *num.* 15. *cons.* 18. *num.* 4. Decius *cons.* 220. post Igneum, & Guidoneum Papæ. Amedeus de Ponte, *in tract. quis sit Iudex feudi. verrsic. Maior versatur fol.* 298.

& fol. 199. Tract. Venet. to. x. par. 2. & post Aufrerium, Grammaticum,& Boerium Thesaurus *decis.* 82.*num.* 1. 3.*&* 4. vbi Thesaurus Iunior *in addit. vers. Ceterùm est, & versic. Ceterùm hanc.* Peregrinus *decis.* 145. *num.* 17. *versic. Sed. con. ita.* Borellus *de Regis Catholici præstantia. cap.* 71. *à num.* 215. *ad* 232. & eorum custodiam, ac conseruationem sibi assumere, Alba. post alios. *cons.* 75. *num.* 3. *&* 4. Thesaur. *decis.* 131. *num.* 7. *&* 8. Franc. Marcus. *decis* 90. *num.* 5. *to. pri.* Ferrettus. *cons.* 12. *num.* 14. *&* 15. Borellus. *Summæ decisionum. to.* 1. *tit.* 20. *num.* 46. 47. Follerius. *in Constitutiones Regni. cap. peruenit ad audientiam nostram. num.* 14. *vers. Tamen. de SS. Eccles.* Sesse. *d. cap.* 8. §. *pri. num.* 28. *versic. Ex quo. & num.* 35. *versic. Vnde applicando.* Petra. *d. tract. cap.* 15. *nu.* 71. *iuncto. num.* 102. Habet hoc autem Princeps iure, vt aiunt, solij, non modo, quia ipsius proprium est tumultus compescere, vim vetare, & armato brachio occurrere, *vt per Amedeum d. tract. versic. Sed & alia ratione, & versic. Neque ideò minus. fol.* 198. *& versiculo Et ibi Bald. fol.* 199. *col. pri.* sed etiam quia temporalia Ecclesiæ bona de Principis sæcularis territorio sunt, Ecclesiasticus autem territorium non habere videtur, nec ius distringuendi laicos, nec per consequens mittendi in possessionem, quæ quid temporale est, vnde immissio per laicum facienda videtur ex ratione Peregr. *d. decis.* 145. *nu.* 17. *vers. Sed contra. &* 18. *& d. Tract. Variorum iuris. lib.* 4. *num.* 53. *versi. Aduerte tamen.* quod ego intelligo de ea possessione, quæ est executio institutionis ab Ecclesiastico factæ; & sequela, siue protectio possessionis Ecclesiasticæ, cum Amedeo *d. tract. versic. Neq; eo inficias. fol.* 198. *col.* 3. cum bene distinguatur corporalis institutio ab institutione iuris, *vt per Abb. in c. cum venissent num.* 11. *in fine de institutionibus.* Hæc possessionis immissio cum scandalorum periculis optimè per Amedeum consideratis vbi supra sine principis brachio sequeretur, nisi ille haberet custodiam beneficiorum, quæ salubre frœnum est, ne laici, vel clerici in concursu ad possessionem turbas excitent, ideò bonis rationibus hanc custodiam in Principe sæculari defendunt Thesaurus *d. decis.* 131. *num.* 9. Folle-

rius

rius *in Rregia Constitut. Peruenit ad Audientiam. num.* 10. 11. 14. 15. *de S. Ecclesijs.* & Regens Tapia *in Ius Regn. lib.* 1. *tit.* 2. *Constit. Peruenit. nu.* 2. *&* 3.

Hanc vero scandali considerationem, & defensionis, ad quam Principes sæculares tenentur respectu Ecclesiarum, aliqui DD. extendunt etiam ad periculum dilapidationis bonorum, si beneficium possidens illis abutatur, quo casu volunt, posse Principes temporales deputare laicos probos viros, qui cum beneficiato administrent, *vt per Ferrettum cons.* 71. *nu.* 2. quē secuti sunt Thesaurus *d. decis.* 131. *num.* 12. *circa mediū,* Menochius *d. tract. d. cap.* 29. *ad finem.* & Petra *d. tract. cap.* 6. *num.* 13. quod ego non ita facile putarem admittendum in beneficio non vacanti *extra casum. c. filijs.* 16. *q.* 7. qui textus adhuc viget, nec correctus legitur, vt obseruat Ambrosinus *de immun. & libertate Ecclesiastica. cap.* 20. *nu.* 72. *circa medium.* in quo non insisto, cum de vacantium dumtaxat custodia nostra sit quæstio.

Consuetudo antiquissima huiusce custodiæ beneficiorum, & immissionis in possessionem beneficiatorum ius Regis nostri Catholici reddit inconcussum. Neq; hoc assero solum ex illa generali consuetudine, quam Regnantes, & iura imperij habentes exercere in hoc proposito aliqui DD. asseuerant, vt non obscurè videtur affirmare Innocentius *in d. c. super his num.* 8. *de accusationibus versic. & hac occasione decimus Reges, vel Principes non admittendos ad excipiendum contra electum de simonia, de adulterio, vel certis criminibus cum præsumbntur facere, vt medio tempore regalia exerceant.* & ibidem Io. Andr. *num.* 6 *versic quid si Princeps* & Butrius. *num.* 22. nullo certo Rege expres. & Speculator *tit. ne sede vacāte n* 6. *&* 7. & clarius testantur Cuccus *d. lib* 3. *tit* 7. *num* 11. & Vuesembecius *cons.* 37. *num.* 5. *qui num.* 6 *& seqq. accrime defendit nullo modo Principem posse facere illos fructus suos.* & ante hoc testatus est (licet appellet abusum de facto, de quo inferius differetur) Hostiensis *in c. bonæ. num.* 3. *de aappellationibus*, vbi Io. Andr. *num.* 5. & Bellam. *num.* 4. *versic hoc enim.* Neq; ex eo, quod vicinis in regionibus ita seruetur, vt propterea etiam si aliqua incideret dubitatio, idem in

hoc

hoc Ducatu seruari debere, arguat in proposita materia beneficiaria, Crauetta *cons.* 285. *num.* 8. sed id assero, quia in Statu nostro id fuit tempore supra hominum memoriam vigente obseruatum, vt patet ex positis in facti summario.

Consuetudinis huius validitas ambigua non est; eam enim passim admittũt DD. infra recẽsendi, nec vlla reperitur lex eã prohibens, vt proinde dici de ea possit ex Sacrarũ Cãonũ dispositione, quod de laico in spiritualibus procuratore cõstituendo dispositũ est, posse nimirũ esse, quia prohibitus nõ reperiatur, vt obseruant *in c.* 1. *de procuratoribus. in* 6. Francus *nu.* 2. Monacus *nu.* 1. *& alij*, & Decius *in c decernimus nu* 12. *Versic. sed non est. de iudicijs.* maxime cũ de temporalitate mera tractetur nomine, & vice successoris, quòd patet, quia ad eum spectat commodum, & incommodum, *Bald. d. c decernimus. num.* 1. *in fine.* quod operatur, vt non militet regula, quod laicis tantum licere censeatur, quantum specialiter reperitur expressum, vt aduertit. Alciatus *d. c. decernimus. num.* 6. *Versic. sed puto.* Exhibere enim videtur nudum ministerium facti nec iudicium, nec arbitrium suum interponere, & potius detentare dicitur custodiendo, quàm possidere, cum ille possideat, cuius nomine possidetur *l. quòd meo vbi DD. ff. de aquir. possess.* vel ipsa sit Ecclesia, quæ beneficiato carens possidere dicatur, *vt latissimè post alios Salgado d. tract. parte* 1. *cap.* 3. *à num.* 111. *ad* 118. & talis nudæ detentionis beneficij, nihil iuris ipsi detinẽti tribuentis in eo, capax laicus sit, *vt post Abb. in c. litteras de iuramento calumniæ docet Gulielm. Benedict. in d. c. Raynutius in verbo, & vxorem, decis.* 2. *num.* 38. *in fine de testamentis.* cum non prætendant Principes sæculares, litteras eorum in hac materia tribuere aliquod ius beneficiato, in beneficio, vel ad beneficium, vt aduertit, Faber. *definit.* 67. *C. de SS. Eccles.* nec ipsi pre appositionem custodis acquirere possessionem, *vt per Follerium vbi infra num.* 15. licet quo ad ipsos non habeatur pro legitimo, & quieto, ac sibi fido possessore, qui tales litteras non obtinuit, vt per Ferrettum *cons.* 1. *num.* 14. *& cons.* 18. *num.* 3. *&* 11. Peregrinum *d. Tract. Variorum Iuris lib.* 4. *num.* 53. *vers. Aduerte tamen.*

Nihil

Nihil porrò obstat, vt initio dicebatur, si rem subiectam spectemus; quippe omne beneficium duas habet partes, spiritualitatem, & temporalitatem, quæ inter se distinctę sunt; & temporalitatem aliqui esse volunt accessorium *vt Viuianus post alios de Iure patronatus lib.6.c.1.nu 5. Gõzales ad dict. reg. 8 gl.2.nu 62.* aliqui principale, cum sit ius percipiendi fructus, & spirituale dici solum consequenter, quia ei competat, cui datur officium; ideoque non posse dici ius spirituale principaliter, & in se, *vt post alios Garzias de beneficijs par. 1.c.2.nu. 5.& seqq.* quæ distinctio operatur, vt in beneficio dupplex possessio sit, spiritualis altera, altera temporalis, quarum illa officium, titulumq; respiciat, altera fructus *post alios Monaldus cons.104 nu 36 37. lib. 1.* illaque vere, & propriè sit, hæc làrge; & perceptio fructuum appelletur a stricta possessione administrationem respiciente beneficij distincta, vnde Oeconomus Principis sæcularis, qui fructuum custodiam habet, & conseruationem non dicatur possidere, quod diuersum est à fructuum perceptione *Gonzales d.reg 8.gl.34.nu.122. Marius Anguissola cons.261.nu. 14.* nec spiritualitati se immiscere, sed temporalitati, cum bona, & fructus temporalia sint, *vt per Abb. in c. decernimus nu.10.11.vbi cæteri de Iudicijs, & post alios Thesaurus d. decis. 131.nu.6 Choppinus de sacra Politia lib.3.tit. 3. num. 12.* non magis quàm cum laico concurrente vtilitate Ecclesiæ, & seruitijs datur beneficium ad sustentationem, quo casu non titulus conferri dicitur, sed fructuum perceptio, *Gonzales d. gl.2.num.71.Garzias d. cap. 2. nu. 29.* nec titulum beneficij habet Oeconomus, cum non beneficio, sed rebus vacantibus detur, *vt per Petr. Andr. Gamb. de Potestate legati tit. de auctoritate Legati in Commendando beneficiã. num.11.12.24.25. Tract. Venet. tom.13 par.2.fol. 179. Nicolaus Milis in suo repertorio in verbo Administrator non dicitur*, qua distinctione liciti iudicantur plerique beneficiales contractus circa temporalitatem, qui alioquin viderentur improbandi respectu spiritualitatis, nisi hæc duo, & separabilia essent, & realiter naturaque sua separata, licet ratione consequentiæ coniungantur, vt aduertit Garcias *vbi supra*, & Lessius *de Iustitia,*

*& iure lib.2.cap.3.nu.17.*Grilenzonius. *conf. 90. nu. 14. & seq.* quæ tamen non operatur, vt fructus dicantur annexi spiritualitati, *Redoan.de rebus Ecclesiæ non alienand. rubr. 33. casu 2. nu. 3. & 4. & de spolijs Ecclesiasticorum q. 14. nu. 15.* propterea licet bona, fructusque præscriptionis sentire possint incommoda; ipsum tamen beneficium quantum ad titulum imprœscriptibile est, *Rebuffus conf.90.nu.12.*vt etiam Ecclesia, quatenus spiritualis est, non quatenus proprietas cõsideratur, *Rebuffus conf.187.nu. 19.* & beneficialis exinde causa dicitur, quando de titulo tractatur, non quando de proprietate Ecclesiæ, *Monaldus post alios conf.116.nu.3 lib. 1.* vnde in proposito nec Oeconomus bona custodire, nec beneficiato succedenti tradere, vt beneficiũ, sed vt proprietatem censetur, quam distinctionem ponderat in materia prohibitionis, ne Clericus de manu Laici Ecclesiam accipiat, Innocentius *in c. quisquis de electione,* & Nicolaus Milis *in d. suo repertorio vers. Clericus recipiens ibi, & vide c. quisquis.*

Nihil etiam, si custodem spectemus, obesse potest, nam cum semper hucusq; custodia actualis beneficiorum (quidquid sit quòad placitũ) tradita fuerit per huius status Dominos personis Ecclesiasticis, patet, nihil indecorum geri, nihil à Canonum disciplina alienum: quamquam consilij tantum sit, nõ præcepti, quod sacri Canones suadent circa deputationem Oeconomorum, vt ex Sacrorum Virorum numero deligantur; posse enim etiam laicos deputari, cum Oeconomatus non beneficium sit, nec dignitas Ecclesiastica, sed officium Regium à laico collatum, nihil spiritualitatis habẽs annexum, & ad Principis beneplacitum, vt facilè probari potest ex traditis à Rebuffo *conf. 42. nu. 22. 24 26.* docuit Cuccus *d. lib. 3. tit. 7. nu. 12.* & generaliter etiam in non vacante Ecclesia tradunt DD. vbi temporalitatem tantum respiciat administratio, nec laico aliquid applicari debeat, nec habeat ius in personas Clericorum. *Glo in cap. Saluator in verbo Et Iudicem 1. q. 3.* vbi Turrecremata *nu. 8. seqq.* Abb. *in cap. decernimus nu 9. 10 11.* vbi Baldus *nu. 1. & 8.* Decius *nu. 9. 11. 13.* Alexander de Næuo *n. 26. 27. 28.* Ripa *nu. 52. 53. 55. 67. de Iudicijs.* Bellamera *in c. in noua nu. 2. & 3. 16.*

q.7. Romanus *conf.266.* Summa Armilla *in verbo Laicus nu.* 1. Siluester *in Summa in verbo Laicus num.* 1. Milis *in d. verf. Laico ex consuetud.* Monoch. *d.cap.29. vers. Hæc commodius.* Rendina receptiorem dicens *Promptuarij Iuris to. 1. tit. 17. num.* 22. Quod potissimum negari nequit, accedente generali Italiæ consuetudine, quæ laicos admittit ad temporalium Ecclesiæ fructuum, & ipsarum etiam oblationum administrationem, de qua testantur Ciofius *conf. 1. num. 18. & num. 85. vers. Nec mouent. lib. 1.* Decius *conf. 14. num. 3.* Ripa *d. num. 55.* Ferretus *conf. 141. per totum, & potissimum in fine. & d. conf. 142. num. 5. & 6. conf. 143. num. 6.* & Marescottus *variar. resolut. cap. 42. nu. fin. lib. 2.* quam vti notoriam satis esse allegare omnes concludunt, confert etiam aliorũ Principum exemplum, nam in Gallia laici deputantur, vt ex forma tradita per Marcum *decis. 98. to. 1.* Neapolitano, & Siculo in Regno olim erant Baiuli, postea sancitum est, deputandos esse tres ex melioribus, & fidelioribus loci, vt ex Constitutionibus eius Regni *lib. 31. tit. de administrat. rerum Ecclesiæ post mortem Prælati*, & docent Muta *in Capitula Regni to. 5. cap. 478. nu. 3. 12. & 14.* Follerius *in Constitut. Peruenit ad audientiam n. 74.* vbi Tapia *tit. de S. S. Ecclesijs*, & aliquando Regius Prouinciæ præceptor deputatus est, *vt per Follerium ibidem nu. 14. in fin. & 74.* idemque seruatur Sabaudiæ in Ducatu, vt per Fabrum, Thesaurum, Amedęum locis allegatis: & Mediolani vtilius fuisse si seruaretur, tenet Menochius *d. cap. 29. versic. Hæc commodius.* in quo tamen ipse magis laudo Catholicorum Regum nostrorum pietatem, & religionem, Ecclesiasticos notæ virtutis, & probitatis eligentium, & hoc puto erga Sacrosanctam Ecclesiam obseruantiæ, & obsequij debitum esse.

Nihil denique obstat, si mandantem intueamur, nam vltra rationem supra allegatam protectionis Ecclesiarum, & conseruationis pacis, ac tranquillitatis publicæ, quæ Principis sæcularis propria, ac peculiaris est, patet, Principem nihil sibi vindicare, nihil in vsus suos conuertere, & Successoris nomine, & vice, ad eiusque vtilitatem custodire temporalia beneficij; planè ijdem, qui dubitant, an laicus temporalia

Ecclesiæ possit administrare, non negant id licere, si nomine Ecclesiæ tractet, non proprio, *vt per Io. Andr. d. cap. decernimus num. 2. Vbi Ancharanus, & Abbas n. 9. Boich. nu. 11. Io. Andr. in cap. quamo in fine de Iudicijs. Viuian. in Rationali Iuris Pontificij lib. 1. in cap. 1. de Procuratorib. in sexto.* quin etiam in negotijs spiritualibus beneficij laicum ex hac ratione, quia non sibi, sed nomine, & ad vtilitatem Ecclesiastici negotio interueniat, posse Procuratorem esse, receptum est apud Canonistas ex d. textu *cap. 1. de Procuratorib. in 6. Ancharanus d. cap. decernimus n. 3. vbi Bellam. col. 2. in fine, & col. 3. in prin. Baldus num. 14. Decius nu. 2. Næuo. num. 18. 19. Ripa nu. 49. 50. Bellamera in cap. in Synodo n. 4. distinct. 63. Barbatia. in c. olim n. 14. de rescriptis ex cõmuni post alios Vranius in cap. Apostolicæ. n. 7. de Exceptionibus. Rota Rom. decis. 418. in Antiquo. Nauarrus Commentar. 3. de Regularibus n. 20. Vers. Septimo ibi tum quia iure. Viuianus de Iure patronatus lib. 11. cap. 1. num. 3* quod Principes semper in deputationibus Oeconomorum expresserunt, dum futuro successori velle eos custodire fructus, & conseruare expresserunt, & Oeconomi vsu ipso receperunt, dum iuxta Ordinariorum mandata pecunias necessarias Ecclesiarum Ministris persoluerunt, & rationes exactissime, & ad vnguem successoribus cum reliquatu reddiderunt. Quamquã in Principibus ratione præeminentiæ, & dignitatis, defensionis decorũ titulum tale tacitũ mãdatũ mereatur, in quo laicalis qualitas impedimẽto si esset, facile remoueretur per Ecclesiasticã persõnã exercendo officium nam hoc casu, quod quis per se non potest facere, potest per alium, vt in his terminis ponderant Berous *lib. 1. qu. 7. nu. 4. 6. & 7.* Belletta *Disquisitionum Clericalium par. 1 tit. de fauore Clericorum personali. §. 1. num. 34. versic. Præterea.* Muta *in capitula Regni Siciliæ. tom. 3. cap. 35. num. 20. seqq.*

Cum ergo nihil obstet, quo minus Princeps sæcularis hanc custodiam habere possit, consuetudo ei fauorabilis omnino retinenda est, quam receptior Canonistarum opinio defendit.

In puncto enim nostro, consuetudine maximè antiqua, & immemorabili posse Principi laico acquiri guardiam, seu cu-

stodiam

stodiam vacantis beneficij, fructuumq; quos successori cõseruet, est Textus, qui distorqueri non potest, *in c. generali. de elect. in 6. & ibi Glo. in verbo Antiqua. intelligit de præscripta* Francus *ibidem nu. 2. & 6.* Ancharanus *ante nu. 1. vers. Item no. quod textus, & nu. 2 vers. Item nota in verbo qui autem, qui intelligunt de quadragenaria consuetudine cũ titulo, vel de ea, cuius memoria nõ extet sine titulo* Archidiaconus *ibid. nu. 1. vers. Guardiam, vbi affert exempla nobiliũ de Tosinghis Florentiæ, et de Vicedominis Parmæ, & nu. 5. vers. Consuetudo. vbi de excedente hominum memoriam* Io. Andreas *num. 3. & 4. vbi addit exempla Regnorum Angliæ, & Galliæ* Geminianus *col 1. vers. No quod consuetudine, & col 3 vers Quærit. Archidiaconus vbi refert exempla dd. Ecclesiarũ Parmæ, & Florentiæ, & col. penul. vers. Glo super verbo Antiqua. vbi quod titulo non existente sufficit immemorabilis* Præpositus *in c. illud 12. q. 2.* Lambertinus *de Iurepatronatus. art. 29. q. 1. princip. parte 2. lib. 2. nu. 12. vbi de præscripta cum titulo, vel sine titulo de ea, cuius memoria non extet.* Abbas *in cap. vt prætertiæ num 8. de electione,* Henricus Boich. *in cap. in Lateranensi nu 6. vers. Idem intellige. de prætendis, vbi de consuetudine præscripta* à quo non videtur dissẽtire Bellameta *in cap. cum vos nu 4. vers. verum intelligit. de officio ordinarij* qui id clarè tenet post Collect. *in cap. 1. nu. 7. de consuetudine* Io. Lupus *in d. introduct. nu. 27. vers. & inde est* Speculator *in tit. ne Sede vacante nu. 6* ponderãdo aduersatiuã tamen ibi positã, quæ tollit à cõsuetudine nostrã regulã præcedentẽ. Restaur. Castald. *de Imperat. q 100 nu 23. Tract. Venet. to. 16. fo. 72.* Azorius *to. 1. lib 5. c. 19. vers. Consuetudo etiã quia Reges in fine ibi vel consuetudine vbi de consuetudine nota Summo Pontifici, & tolerata.* Frãciscus de Platea *tract de excommunicatione, excommunic. 2 §. 31. nu. 3. vbi vult non dici vsurpare de nouo custodiã, qui licet titulũ non habet, custodiã tamen habet ex immemorabili* Beatus Antonius *de Excommunic. cap. 19. nu. 2 Tract. Venet. to. 14 fo. 371. col 4.* Ferretus *cons. 142. num. 2. vers. Quibus tamen non obstantibus, & nu. seqq.* Alexander de Næuo *cons. 48. num. 4. versic. Venio, & num. 6. versic. Poterunt qui in fortiori casu id tenet in non vacante ni mirum Ecclesia* Amedeus *d. tract. vers. Ex generali autem*

*rem fol.*199. Thesaurus *d.decis.*131.*nu.* 11. *&* 12. vbi Thesaurus Iunior *in addit. vers. Non quin, & vers. Et de consuetudine,* vbi eiusdem opinionis refert Stephanum Meleretum *in tract. de elect. liber. fac. fo.* 19. *vers. Sed quid de bonis Ecclesiæ* Frãciscus Marcus *decis* 90.*n.* 5. *&* 6.*par.* 1. *& decis.* 44.*nu.* 8. *&* 9.*par.* 2. Corsettus *de Potestate Regia quarta parte nu.* 21. *quæst.* 55. *fol.* 139. *Tract. Venet. to.* 16. Io. Franc. Pauinus *de officio, & potestate Capituli Sede vacante q.* 9. *primæ partis princ. num.* 3. *& num.* 4. *vers. Et idem videtur dicendum, & num.* 5. *Tract. Venet. to.* 13. *parte* 2. *fol.* 419. Nicolaus de Milis *in suo Repertorio in verbo Laico ex consuetudine.*

Patebit clarius iuris Regij defensio ex dissolutione eorum, quæ Ecclesiastici opponunt, quæ in substantia hæc sunt

Oeconomum custodientem in traditione beneficij cognoscere de titulo.

Custodiam beneficij ad eum spectare, ad quem spectat institutio patrono laico excluso ex DD. *in c. cum vos. de officio ordinarij & c. bona, de appellationib.* & sede vacante ad capitulum.

Consuetudinem non valere, vt laici etiam Patroni vacantiũ beneficiorum custodiam habeant, nisi habeãt titulum priuilegij, vel fundationis, vel per Papam approbetur specialiter, ex Hostiensi, quem secuti sunt Io. Andr. Cardin. Abbas, Bellamera, Anania, Imola *in d. c. cum vos,* & ex Lambertino *de Iure patronatus par.* 2. *lib* 2. *q.* 1. *prin artic.* 29 *nu.* 12. Thesauro Iuniore *in addit. ad decis.* 131. *Patris sui.* Immemorabilem non subsistere, quia à iure consuetudo reprobetur, *& textum in c. generali de elect. in* 6. loqui tantum in patronis.

Concilium Tridentinum Patronis laicis hoc vetare, non obstante etiam consuetudine *sess* 25. *de Reformat. cap.* 9. §. *Patroni* Bullam in Cœna *in cap.* 15. *&* 18. huic consuetudini resistere.

Consuetudinem præscriptam in Statu Mediolani non adesse; quia Ordinarij subiecta suæ collationi custodiuerint; Pontificius Oeconomus reseruata Sedi Apostolicæ. Hac autẽ nostra consuetudine excludi à custodia Ecclesiasticos.

Ad

Ad primam obiectionem per facilis responsio est, nam preterquam quod possessoriū beneficiale iudicis laici cognitioni subiectum esse pleriq; DD. affirmāt, quia potius facti sit, & sit quid temporale ipsa possessio, vt vltra suprascriptos, & alios qui cumulari facile possent, si ad hoc reduceretur disputatio, *Piasetius in Praxi Episcopali parte 2 cap. 4. nu. 25. vers. & quemadmodum, ibi, vel si agatur Gloritius cons. 13. nu. 36. 40. Aemilius Ferrettus in l. naturaliter. §. nihil commune, num. 7 ff de aquir. possess. Borellus de Regis Catholici præstantia cap 71. num. 214. seqq. Salgado d. parte 1. cap. 1. prælud. 5. num. 217 Brunorus d. versic. Princeps sæcularis. Peregrinus dicta decis. 145 num. 8. 16. & seq & Variorum Iuris lib. 2. nu. 92.* quia non dicitur agi spiritualiter, *vt per Petrum de Baisio Directorij Election parte 3. cap. 18. num.* 8. & notoria est immemorabilis Mediolani Senatus consuetudo in non plenario possessorio cognoscendi, in quo titulus exhibetur, non vt de proprietate feratur sententia, sed vt de possessione bene iudicetur, vt per Fabrum *definit. 12. C. de S S. Eccles.* Dicimus Oeconomum nullam iudicialem cognitioné habere tituli, respectu iuris, vt puta validus, ac inualidus sit, nullus an iuridicus, sed tantum respectu facti, ne quem admittat ad possessionem, qui legitimum titulum non habeat quemadmodum, & de morte beneficiati cognoscit, ne viuentis impetretur beneficium *Muta d. tom. 3. cap. 21 num.* 35. nam cum beneficium sit tale quid, quod sine titulo nequit possideri, patet non posse ab Oeconomo eius bonorū peti relaxationé, nisi ille sibi per prouisum exhibeatur, super quo vel expresse potest, vel facto ipso, idest relaxatione declarare, quod facti est, vt concludunt DD. post Bartolum *in l. Titia ff. soluto matrimonio, & Bartholomæus de Bono. cons. 71. num.* 4. neq; id tollit, quin per Ecclesiasticum Iudicem institui super titulo cognitio possit, & sententia ferri, non minus, quàm si per Oeconomum Ecclesiasticum relaxatio esset facta, qui extra custodiam, & administrationem, etiam si à Pontifice deputatus sit, parum, aut nihil posse dicitur à Mandosio *cons. 39. nu. 7.* in concursu autem titulum habentium planè non aliam habet cognitionem,

quam

quam quæ facti est, ex qua deliberare possit, cui iustius fiat relaxatio, vt in omni summarijssimo fieri consueuit. Plane etiam in casibus, in quibus Ecclesiastici negant, Iudicis Laici esse iudicium, tituli exhibitio coram ipso non negatur ad relaxationem, vt cum agitur de Clerico remittendo *post alios Caldas. quæst forens* 25. *nu*. 18. 19 20. *Mascard. conclus*. 689. *vsq; ad num* 7. *Aldobrandin. cons*. 4. *num* 17 *lib*. 2. *Ambrosinus de immunitate Eccles. cap*. 23 *nu*. 15. *versic. Pro concordia, Caballus resolut. crimin*. 60. *nu*. 15. *Francus decis*. 329. *num*. 9. *&* 13. altiorem enim cognitionem, & quæ iudicium sapit iudicibus ordinarijs remittit Oeconomus, nec titulo se vllo modo ingerit citra necessariam sui animi instructionem.

Ad secundum respondetur. Primò spectare ad eum, ad quem spectat institutio, nisi ad alium de consuetudine spectet, vt ibi obseruant DD. omnes, quemadmodum & alibi dicitur electionem spectare ad Episcopum, si de cõsuetudine alius sibi non vendicet, *vt per Io. Andr. c*. 1. *num*. 9. *de elect*. nam in hac materia beneficiali cõsuetudo præualet iuri scripto etiam respectu spiritualium, vt collationis, & electionis. *Ancharanus in c. Sacrosancta in fine de electione*, idem proin dedicitur, si alius de iure ad se custodiã spectare cõtendat, vt in terminis gl. *d. c cũ vos*, quę prima illud dictum proposuit, obseruat Decius *cons*. 420. *nu* 7. *vers secũdo*. Sane consuetudine custodiam acquiri posse à laico, etsi ei non competat institutio, siue patronus sit, siue Princeps, probant ex receptiori supra allegati.

Secunda responsio est, non valere vti necessariã talem consequentiam, aduersus quamplures dari possunt instantiæ, vt de patrono Ecclesiastico, qui non habet institutionem, & tamen secundũ eos habet custodiam, & de capitulo, quod collationem beneficij non habet, & tamen ponit Oeconomum, vt aduertit Abbas *d. cap. cum vos num*. 2. *&* 8. & Probus *in addit. ad Monacum in c. licet num*. 53. *de præbendis in* 6. & de Episcopo, qui in reseruatis Papæ non habet institutionem, & tamen potest ponere Oeconomum. *Probus d. c. licet, num*. 52. *versic. Postremo*. Ratio autem satis euidens

dens

dens est, quia beneficij dupplex est cura alia propria, quæ respicit sollicitudinẽ animarũ, & rerũ spiritualiũ, alia minus propria respiciens possessiones, & bona, quæ sapit villicationem, *Barbatia c. cum accessissent. num. 17. de constitutionibus*. Plane vt ipsa subiecta inter se distincta, & diuersa sunt, ita ipsæ curæ sunt separatæ, nec ab vna ad aliam argui potest, nec commissio Curæ Ecclesiæ extenditur ad custodiam, nec è contra *textus est in l. cum quæreretur §. prædijs legatis, ff. de legatis* 3. & ibi Bart. in summario notat legatum instrumentorum pertinentium ad culturã fundi non comprehendere pertinentia ad custodiam, quem textum in proposito nostro ponderat Decius *d. cons. 420. nu. 4. vers. Finaliter tamen, & num. 5.*

Tertio respondetur opinionem, quæ Patronum laicum excludit à custodia, & exactione rationum nullo firmo iure, aut ratione niti, & contrariam esse veriorem, vt optime probat refutatis contrarijs videndus Decius *in d. cap. bonæ num. 21. de appellationibus, & in c. de Monachis nu. 9. 10. 11. de præbendis*, Ferrettus *cons. 142. nu. 3.*

Ad tertiam respondetur opinionem Hostiensis *in d. c. cum vos nu.* 3. quatenus admittit custodiam beneficiorum posse esse penes Principem laicum ex priuilegio expresso, vel cõsuetudine per Papam specialiter approbata veram esse, & receptam, & firmari à fortiori, per communem à nobis supra allatam, & eam ibi sequi Bellameram *nu.* 4. Ananiam *num.* 5. Imolam *num.* 11. Butrium *num.* 16. Zabarellam *num. 3.* Abbatem *num.* 4. Io. Andream *num.* 15. Viuianum *in suo Rationali ad illum textum, in vers. sed intellige*, & Geminianum *in c. illud in fine* 12. *q.* 2. quatenus vero ait, solam consuetudinem de rigore iuris Canonici non sufficere, sed in futurum non permittendam, si sine scandalo fieri posset, & in iudicium deduceretur, non videri verã, nec receptam; nimirum nititur dispositione *c. cum terra, & c. sacrosancta, et c. messana de electione*, à quibus disponentibus de electione, quæ est, quid spirituale, arguere negatiuè ad custodiã, quæ est quid temporale, non licet, nam diuersitas naturæ rerum dat in istã capacitatẽ, quam in illa negat; nec valet consequentia

quétia, negatur, quòd est maius, ergo negatur etiam, quòd est minus, cum sit minor ratio negandi custodiam, quam electioné, & contra Hostiensẽ tenent supra relati, qui pro antiqua consuetudine cõtenti sunt, in qua opinione remã-serunt Io. Andreas, Bellamera, Abbas, Lambertinus, & Thesaurus Iunior ex aduerso allegati, quæ opinio proculdubio longe receptior est opinione Hostiensis.

Secundò respondetur, opinionem Hostiensis iure antiquo nitẽtis esse sublatam per c. generali de electione in 6. in quo expresse approbatur custodia laicis Principibus acquisita per antiquam consuetudinem: patet id manifeste, quia DD. Hostiensem secuti, postquam eius opinionem retulerunt, & Archidiaconum excluserunt, ad quem alias videbatur spectare *ex cap. si in plebibus 63. distinct.* subdunt *de custodijs, & fructibus vacantium dic, vt in cap. generali de elect. in 6.* ita Butrius *in cap. vnico. num. 19.* & Io. Andreas *num. 12. vt Ecclesiastica beneficia sine diminut. confer.* & Francus *in d. c. generali num. 8. versic. in cælo ver. in huiusmodi*, ait *quod de iure cõmuni spectabat custodia ad eum, ad quem pertinebat institutio ex dicta glos. in cap. cum vos*, sed clarius hoc exprimunt Io. Andr. *in cap. cum venissent num. 3.* vbi Zabarella *num. 2. in fine de institutionibus* dicentes *sed hodie dic, vt in c. generali de elect. in 6.*

Tertiò respõdetur, opinionem Hostiensis procedere in custodia ex consuetudine inducta non solum temporalium, sed etiam spiritualium, quò ad hæc enim potest cõcedi solam consuetudinem non sufficere, sed requiri, vel expressum priuilegium, vel specialem Papæ approbationem, ita Hostiensem declarat Abbas *d. c. præteritæ num. 8. de electionibus*, vel intelligi de simplici consuetudine sine titulo, non autem de præscripta cum titulo, vel de immemorabili sine titulo, ita declarat Hostiensem Lambertinus *d. artic. 29. q. 1. prin. par. 2. lib. 2. num. 12.* euidens ratio est, quia immemorabilis habet vim priuilegij, & eius allegati sufficiens probatio est, vt passim DD. tradunt.

Quartò respondetur, huius consuetudinis adesse specialem approbationem non modò Episcoporum huius status, qui-

bus

bus ex aduerso tribuitur hæc custodia, sed etiam ipsius Summi Pontificis. Episcoporum quidem, quia cum singulo triennio Diœcesim visitare teneantur, allegare nequeunt ignorantiam status beneficiorum vacantium, & custodum eorum, ideoq; eorum approbatio inducitur, quemadmodũ de simili inualidi possessoris beneficij dispensatione ex hac ratione scribit Faber *definit. 5 ad finem C. de SS. Ecclesijs* qui ex ista Episcoporum obligatione visitandi non præsumi obreptionem affirmat. *definit. 33. C. eodem*, quod clarius probat ex hac necessitate visitationis, ex casuum multiplicitate, & publicitate, Garcias *de beneficijs parte 5. cap. 5. num. 129. 130. 131. & seqq.* Clarius vero ex mandatis, quæ ab Ordinarijs data sunt Oeconomis erogandarum pecuniarum in Ecclesiarum necessarios vsus, ex receptione rationum eorum Episcopatuum, & instrumentis liberationum per ipsos factarum. Papæ verò specialis approbatio apparet, cum post institutas non semel ab Ecclesiasticis querimonias cognita rei veritate eosdem instituit Oeconomos, quos Rex elegerat, & nuperrime dum expresso capite Concordiæ Iurisdictionalis approbauit officium Oeconomatus, conuentione inita, vt Oeconomi abusus tollerentur, prout de eis constitisse. Ex quibus succedit conclusio iuri, cõsensum Papæ specialem induci, cũ ei narratur factum, & non contradicit, & aliquem actum gratuitum facit, vt post Canonistas *in c. Nonne. de præsumptionibus, & in c. cum M. Ferrariensis de constitutionibus*, & Legistas *in l. quæ dotis ff soluto matrimonio* obseruat Grilenzonius *cons. 142 nu. 44. & 45.* Nec distorqueri possunt verba Concordiæ intelligendo ea non de Oeconomo Ducali, sed de Apostolico; nam si Ecclesiastici eadem dissimulatione agendo, qua nunc, & notorium Oeconomatum Ducalem negando Apostolicum intendunt dumtaxat tollere; quid est, quod exercentem Oeconomatum Regia dumtaxat auctoritate vexari curent, & litteris Apostolicæ Sedis in dubium reuocari, aut quid ad Regios pertinuisset in concordiam deducere Iurisdictionalem Oeconomatum Apostolicum, cum quo nihil commune ipsis est. Plane, vt à Rubrica argui solet

let apud DD. ita à titulo Concordiæ iurisdictionalis arguitur hæc interpretatio aliena à vero sensu ipsius. Nec subsistit alius intellectus, qui datur ei, dicendo non constitisse de istis abusibus, sed fuisse reformationem officij in aliud tempus collatam. Nam ex scripturis per Ecclesiasticos tūc productis per D. Bebulcum, quæ adhuc extant, liquido cōstat, eosdem abusus fuisse huic officio adscriptos, easdē scripturas, cādem narrationem facti productam, idem petitum, quod nunc, vt planè durius cum Catholico Rege agi videatur, concordiam in dubium reuocando eisdem medijs, quæ per eam sublata fuerunt, per quam approbatum est officium, licet abusus exercentis illud, qui non officium, sed personam respiciunt, ex conuentione, vbi de eis constitisset essent tollendi: Nihil obstante, quod dicatur verbū *Oeconomi* intelligi de Oeconomatu, non de persona, & fuisse positum, quia officium se ipso non abutatur, sed illo abutatur Oeconomus. Nam ex lectura scripturæ tunc per Ecclesiasticos productæ id tollitur; ex qua patet, duo genera abusuum fuisse obiecta, alterum respiciens officium, quod est illud ipsum quod nunc deducitur in disceptationem, alterum personam Oeconomi de honorarijs placitorum excessiuis, Oeconomi, & Notarij, de grauibus expensis viaticorum, salariorum, & alijs ex titulis circa fructus beneficiorum, quorum possessionem capiebat; quod genus excessuum (etsi in facto verum non esset) non officij erat, sed personæ, non Oeconomatus, sed Oeconomi, ideoq; quia Regij officium defendebant, non personam, dictum fuit, approbandum munus, cum in iure nō subsisterent, quę ei opponebātur de placito, de custodia, de visione actuum iudicialium Iudicum extra Statum, abusus tamen personæ, prout de eis constiterit, tollendos esse. *Oeconomi*, in Concordia scriptum est, *abusus tollantur, prout de eis constiterit* Quod si de abusibus officij intelligeretur, nihil planè tūc actum fuisset, nihil fuisset determinatum, & responderi posset, non magis nunc de eis constare: quam nunc constiterit; in quo non insisto latius, cum aliqua etiam in summario facti de hoc dicta sint.

Quod de Immemoriali dictum est, facilè tollitur, nam famæ necessa-

necessaria ad eam probatio nō est Laicum capacem esse administrationis rerum temporalium Ecclesiæ ad vtilitatem non propriam, sed ipsius Ecclesiæ, supra probatum est; cui addi potest, quod aliqui *in dicto cap. generali* senserunt, quadragenariam sufficere quò ad custodiam; immemorabilem quò ad acquisitionem ipsorum fructuum, *vt per glo. ibidem in verbo antiquâ,* & Monacum *nu. 6. & 7. iuncto n. 8. versic. qui autem, & num. 9. vers. Sed numquid*. Sed omitti non potest, quod obiectum est immemorabilem hic non prodesse, quia consuetudo à iure reprobata est. Nullum video allegatum textum (nam obiectum Concilij Tridentini speciali responsione remouebitur) qui in specie reprobet custodiam beneficiorum vacantium in Principe laico, vel Rege, per quam fructus successori conseruentur; & tamen, vt consuetudo dicatur contra ius, debet ostendi lex clara, vel ratio expressa in lege, ex qua ita decidendum sit, vt per Garziam post alios, *de beneficijs cap. 4. num. 75. in fine,* vbi ait ita fuisse decisum à Rota, *& num. 76.* quia rationabilis dicitur, quam iura non improbant, licet nō approbent, *Monaldus cons. 112. num. 4. cons. 113. num. 9. 10. lib. 2.* & in dubio consuetudo rationabilis præsumitur *Monaldus d. cons. 113. num. 8. vers. Et quod* nec dicitur contrà ius, etiamsi sit contra communem opinionem; *Garcias d. cap. 4 num. 75. 76.* nec si sit contra decisiones Rotæ Romanæ *num. 77.* nec si ex multiplicitate decisionum inductus sit stylus *num. 78.* sufficit enim, quod consuetudo tolerabilis sit, vt valeat, *Monaldus cons. 11. nu. 8. lib. 1. Bartholom. de B. sco cons. 208. nu. 5. cons. 360. nu. 3.* Planè opinionem, *glo. d. cap. cum vos,* qua Hostiensis, & alij vtuntur ad laici patroni exclusionem iure non probari, sed potius ratione, animaduertit Abbas *d. cap. cum vos, nu. 8. in princip.* & nullum textum laico patrono obstare, docuit Decius *in d. cap. Bonæ, & d. c. de Monachis* Hostiensis opinio, quæ Regibus aduersari videtur, bene intellecta nō aduersatur nostris in terminis, & magis communem habet contra se; & licet aliqua colorata ratio afferri pro ea posset, non tamen inde sequitur, contrariam cōsuetudinem esse irrationabilem, pro qua tot rationes allegātur; quia consuetudo rationabilis di-

citur, quæ vno respectu est rationabilis, licet alio irrationabilis videatur, *Nauarrus cons. 3. de maioritate, & obedientia lib. 1* & rationabilis est omnis consuetudo, quæ non obuiat Canonicis institutis, vel quam ius sustinet aduersus Canonica instituta: irrationabilis verò, quæ à iure improbatur, & est sine ratione aliqua, vt obseruat Guido Papæ *cap. fin. nu. 10. de cõsuetudine*, Quin cum allegati ex aduerso DD. concedãt, priuilegio Pontificis custodiam laico competere posse, sequitur etiam immemorabili acquiri posse, quæ Pontificium Priuilegium probat, vt communiter tenent DD. & optimè obseruat Nauarrus *cons. 7. nu. 2. & 3. lib. 3. tit. de censibus*, nam quod dicitur, consuetudinem non valere in prohibitis, de illis intelligitur, quæ nullo casu permissa sunt, non autem de illis, quę aliquo casu, vel modo permittuntur, vt notat Add. vltima ad Compostellan. *in cap. 1. de Consuetudine*. Nec reprobatio consuetudinis in lege posita immemorabilem tollit, etiamsi adsit clausula generalis; *Non obstantibus quibuscunque consuetudinibus*, quia eius mentio specialis facienda est, maximè cum non exprimitur irrationabilitas, *Cephal. cons. 628. nu. 71. 72. Crauetta cons. 985 nu 59. & de antiquitate temporis parte 4. num. 186. & Gratianus post alios Disceptat. Forens. 578. nu. 10. 11. & Disceptat. Forens. 492. nu. 3. vsque ad 7 Gonzales ad d. reg. 8. glos. 33. nu. 2. seqq. nu. 9. 12.*

Nec officit intellectus, qui assignatur *cap. generali de elect. in 6.* quod nimirum loquatur de patronatis tantum, nõ de liberis Ecclesijs, nam dici pro responsione potest, quod de allegato ex aduerso textu. *cap. cum vos de officio ordinarij*, dixit ibi Abbas in fine, mentionem fieri patronatus, non quia ad illum restringatur dispositio Canonis, sed quia eo tutulo frequẽtius fiebant occupationes, vt propterea, si vt ex aduerso dicitur ex Guil. de Montel. textus *d. cap. generalis*, est desumptus à *d. cap. cum vos, de offic. ordin.* debet eius dispositio ad Ecclesias liberas extendi, quemadmodum *d. cap. cum vos*, de patronatu loquentis dispositio ex aduerso ad Ecclesias etiã liberas extenditur. Deinde dici potest, loqui illum textum de patronatu etiam, non tamen ad illum solum restringi, cum adsint verba Ecclesijs etiam liberis à patronatu con-

g ruentia;

gruentia: quin nec omnia verba iuripatronatus aptantur, vt de verbo *Regalia* obseruat Ancharanus *in d. c. generali ante nu. 1. vers. Item nota quod iste*, quod verbum ibi significare ius Regis, quo fructus Ecclesiæ eius fiunt, docet Gulielmus Benedicti *in d. c. Rainutius d. verbo. Et vxorem decis. 2. nu. 78.* & de verbo *Guardiam*, quod significare simplicē custodiā, quæ non facit fructus suos; nec comprehēdere ius patronatus, tradit ibidem Archidiaconus *nu. 1. in verbo Guardiam in fine, & nu. 5. in verbo Conseruent.* Nisi patronatus largissimè sumatur pro omni defensione, protectioneq; quæcunq; illa sit, etiamsi nullum ius tribuat in beneficio, nec illis modis orta sit, quibus constitui solet iuspatronatus propriè sumptus, qua significatione Principis custodia, & sollicitudo non excluderetur ab illo textu. Sunt enim aliæ plures species contractuum sub nomine aduocationis, & defensionis vltra iuspatronatus, in bonis Ecclesiæ, & fructibus ius dantes, vt propterea dici quidem possit omnem patronum posse aduocatum, & defensorem dici, non tamen è conuerso, item & aliæ Regalium appellatione compræhensæ, vt videre est ex textu *in cap. hoc consultissimo de Rebus Eccles. non alienand. in 6.* & traditis à Renato Choppino *de Sacra Politia lib 3. tit. 3. nu. 8. & 9. & Monasticon lib. 2. tit. 3. num. 22.* quæ etsi videantur Canonum Decretis improbatæ, tamen aduersus custodiā nostri Oeconomi argumentū non præstāt, quæ aliena est à iuris acquisitione, à fructuum in proprios vsus conuersione, à bonorū cōmunicatione, & nihil beneficiato auferēs lōge vtilior Ecclesiæ est illis iuribus, quæ ex antiqua cōsuetudine permittūtur *in d. c. generali*

Sacri Concilij Tridentini obiecta dispositio. *Sess. 25. de Reformat. cap. 9. §. Patroni*, nihil pœnitus obstat; ponderato ipso textu (non quidem glossandi, aut interpretandi animo, sed solum pro causæ defensione ipsius sensum afferendè, me semper Sacrosanctæ Congregationi eius interpreti submittendo) qui affertur, cum eius verbā, nec Reges siue iura Imperij habentes, nec beneficia vacantia nec, consuetudinem immemorabilem comprehendant.

Etenim si textus litterā ponderamus, loquitur de Patronis, & sic non refertur, vt exaduerso ponderatur *in d. c. generali* ad

Ecclesias liberas, nec per consequens ad Regalem Custodiam circa eas, patet ibi, *ex fundatione, & dotatione*, qui sunt modi strictum iuspatronatus constituendi. Ratio autem differentiæ euidens est, quia Princeps fundatam habet intentionem naturaliter quo ad protectionem Ecclesiarum in suo Regno, quia ad earum defensionem obligatur, quã Princeps est: priuatus habet contra se, respectu iurispatronatus fundatam præsumptionem libertatis Ecclesiarum, & proinde contra eum plerumq; sumitur interpretatio. Ideo fortius est ius Regis circa custodiam quam patroni; & potest Rex, quod patronus nequit: Clarus est textus *in c. filijs 16. q. 7.* qui disponit, patronis non licere dissipantẽ Sacerdotem coercere, quod tamen Regi competit Metropolitano negligente, *vt per gl. ibi in verbo Regis*, qui etiam remediũ potest adhibere, si ipse dissipet Metropolitanus, *vt in d. tex. vers. Si autem*, nec obscura ratio est, quia patronus sua conuentione ligatur, quæ præter honorem, & commodũ certo indigentiæ casu, & salutarem sollicitudinem nihil ei reseruat, *cap. Piæ mentis cap. Frigentius cap. Contra. c. Filijs 16. q. 7. iuncto c. quicunque eadem*, quã conuentionẽ Canon decidit nihil aliud iuris posse patrono reseruare. Clarior ex ipso textu Cõcilij emergit ratio differẽtiæ, quia in omnibus Sacrũ Conciliũ vsurpationem præsumit, quã excludere illo capite intendit, cui tamen præsumptioni obnoxius non esse declarat Imperatorem, Reges, seu Regna possidentes, aliosq; sublimes, ac supremos Principes iura Imperij in dominijs suis habentes, quorum, vt excelsus est status, ita eminens bonitas, & huic per consequens maiora sunt debita priuilegia, & prærogatiuæ dignitatis etiam in his, de quibus Sacri Canones disponunt. Vnde fit, vt Romanus Pontifex non soleat derogare priuilegijs ad instantiã Regum concessis vel ipsis tributis, nec quacunque dispositione contraria intelliguntur sublata, nisi expresse fiat eorum mentio, nec sine causa priuatione digna tolli debent, *ita Glo. in reg. 40. Cancellariæ Germonius ad indultum Cardinalium. §. in quibuscunq; num. 24. 27. 28. Gonzales ad d. reg. 8. Cancellar. glos. 9. §. 2. num. 36. seqq. & glos. 24. à num. 155.*

ad 161. qui *num.* 160. ponderat Sacrum Concilium Tridentinum hoc ipso loco in exceptione Regum, & Principum ab vniuersali regula *Garzias de Beneficijs par.* 5. *cap.* 1. *nu.* 219. *& nu.* 575. *Viuianus de Iure Patronatus lib.* 3. *cap.* 1. *num* 40 *Aeneas Falcon. de Reseruationib. q.* 3. *princip. num.* 13. Regum enim causa fauore speciali digna est, & peculiari nota vsq; adeo, vt in eorum consanguineos influat fauor, *vt per Rebuffum ad Concord. Galliæ tit. de Regia ad Prælat. nominat.* §. 1. *in glo. in verb. consanguineis, & in verbo Præfati Regis. pag. mihi* 174. *&* 177.

Nihil obstante clausula *cuiuscunq; ordinis, & dignitatis etiamsi Communitates, Vniuersitates, Collegia quæcunq; clericorum, vel laicorum,* nam generalia illa verba Reges, & habentes iura Imperij non comprehendunt, quorum specialis, & expressa mentio facienda est, vt etiam in Indultis, & Reseruationibus Pontificijs dicunt supra allegati DD. in quibus adest clausula *cuiuscunque status, gradus, & ordinis,* & satis verificantur in Comitibus, Marchionibus, & Ducibus iura imperij non habentibus, qui alioquin nõ comprehenderentur, *vt per Garziam d. cap.* 1. *num.* 575. *par.* 5. nec nomine personæ communis Vniuersitatis, vel Collegij Principes veniunt, vt obseruat Monaldus *consil.* 141. *num.* 3. *lib.* 1.

Non respicit Concilij Sacri dispositio beneficia vacãtia, quia non est simpliciter exclusiua, & sic non odio mouetur patronorum, sed fauore Rectorum, & administratorum, quorum contemplatione patronos excludit, ibi, *sed illos libere Rectori, seu beneficiato distribuendos dimittant,* vnde non omni casu excluduntur, sed eatenus tantum, quatenus adsint, quorum contemplatione fit exclusio, nec licet arguere ab exclusione custodiæ beneficiorum prouisorũ ad exclusionem custodiæ vacantium, quia illa sapit quandam superioritatem super clerico beneficiato, quæ considerari nequit in vacãti beneficio. Ad hoc enim vt casus sub lege comprehendatur, debent omnes qualitates à lege positæ verificari, ideoq; vt idem operetur oppositum in opposito, quòd propositum in proposito, vacantia beneficia hc canone

none non comprehendentur, quemadmodum *in c. generali de electione in 6.* dicunt non vacantia non venire, Io Andr. *ibidem nu.* 1 .*verbo vacantium*, Ancharanus *ante nu.* 1 .*versic. Item nota quod hoc*, & Francus *nu.* 2. *versic. Et licet.* Ita in non dissimilibus terminis tradit Abbas Antiquus *in cap. vt præteritæ nu.* 2. *versic. In glo. vt præteritæ de electione.*

Non continet Concilij dispositio cõsuetudinem immemorabilem, tum quia Conciliũ, vbi voluit, eius expresse meminit, *vt d. cap. 9. in fine*, vnde alibi consuetudinis cuiuscunque mentio hanc nõ comprehendit, *arg. l. 2. §. cur hæc tam varie. C. de caducis tollendis*, tũ quia hæc consuetudo speciali nota digna est ob plurimas eius prerogatiuas, *quarum aliquas refert Guttierez Practicar. Quæstionum cap.* 14 *nu.* 69 *seqq. lib.* 3. ideo non comprahenditur sub clausula Sacri Concilij *non obstante etiam quacumque consuetudine*, vt omissis alijs in pũcto Sacri Concilij *sess.* 24. *de reformatione cap.* 20. *vbi adest clausula, alijs quibuscunque consuetudinibus*, declarauit Sacra Congregatio, *vt legitur in quarta parte decisionũ Farinacij decis.* 212. *& apud Marzillum lib.* 4. *tit.* 5 *super cap.* 6. *in glo. sunt tractandæ vers. Item decis. Card.* 21 (*quos libros Sanctæ Matris Ecclesiæ permissu legere licuit*) *et referunt Gratianus Discept Forens.* 492. *nu.* 5 : *&* 6 : *& ante eum Gonzales ad d. reg.* 8. *Cancell. glo* 33. *num.* 5. idque potissimum cum Canon non exprimat cõsuetudinem damnari vti iniquam, & irrationabilẽ, quod exigebatur, vt immemorabilis censeri posset sublata, *Gonzales d. glo.* 3. *num.* 9. *&* 12. Id autem de nostra potissimũ tenendum est, quæ in suis terminis specialis nostri Dominij consuetudo dici potest, quæ nec constitutione etiam Papæ sine speciali mentione sublata dici potest, *vt per Mariũ Antoninum lib.* 1. *resolut.* 103. *n.* 17. nec decreto Sacri Concilij Tridentini, cui non constat eam innotuisse, *vt probat pluribus Monaldus cons.* 73. *num.* 24. *&* 25 *lib.* 1. Potest & alia ratione excludi, si quidem, retento immemorabilem probare priuilegium speciale eius loci, & casus, quos respicit consuetudo, & habere omnino eandem vim, ac priuilegium nõ potest cẽseri Sacri Concilij Tridẽtini generali dispositione sublata, ꝑ quod priuilegia specialia dici nequeũt abrogata

gata, maximè *cum in d.§.Patroni.* priuilegij mentio non fiat vt declaratum à Sacra Congregatione refert, pluribus rationibus dictam declarationem confirmans Germonius *ad Indultum Cardinalium, §. Per quæ sublata nu.68. vers. Verum quoniam, & seqq.* Nec pariter obstat Concilium Tridentinũ *sess. 24. de Reformat. cap.* 18. quia loquitur de Vicario Parochialem Ecclesiam vacãtem administraturo quò ad spiritualia, quod custodiam non impedit, vt nec assignatio cõgruæ prouisionis ab Episcopo facienda, quia & illa se compatitur cũ custodia Oeconomi, qui ex fructibus illam persoluet, vt ipse vsus, & praxis obtinuerunt, sicut in facti Sũmario tactum est. Nec quod de capitularibus Oeconomis sede vacante disponitur *d. sess. 24. cap. 16.* quia per d. caput nõ tollitur ius Regibus competens, accedẽte etiam immemoriali firmatum, vt denotat clausula *vbi fructuum percipiendorum munus ei incumbit*, quæ clausula restringit dispositionem Concilij ad illa tantum loca, vbi hoc munus Capitulo incũbit, quod autem d. caput consuetudines diuersas non excludat, patet, ibi, *Officialem, seu Vicarium*, & tamen Sacra Congregatio declarauit sustineri consuetudinem deputandi duos, aut plures Vicarios, maximè immemorabilem, vt notat *Marzill. lib. 4. tit. 3. in verbo Oeconomum vers. Item decis. Card. 30.*

Bulla in Cœna Domini in allegatis cap. 15. & 18. nihil officit.

Etenim 15. caput de statutis, & causarum cognitione iurisdictionali 18 de taleis, & oneribus loquitur, de quibus nostra nõ est disputatio; nec clausula generalis Bullæ cõsuetudines immemorabiles tollẽs ad alias refertur, quã ad eas quæ contrariæ sunt Bullæ processibus, cuiusmodi hæc non est. Nullum enim est caput Bullæ, quod obijci posse videatur præter 17. vbi de vsurpantibus iurisdictiones, fructus prouẽtus, redditus ad Ecclesiasticas psonas spectantes, vel eos sine expressa licẽtia sequestrãtes. Hoc aũt caput custodiæ Oeconomali non aduersatur, qua Bulla in Cœna Dñi excommunicat solum sæculares præter iuris Canonici dispositionem rebus Ecclesiasticis cognoscẽdis se ingerẽtes, vnde nõ respicit casus, quibus nulla iurisdictio exercetur,

& quod

& quod cognoſcitur, & ſit circa factum, iuxta iuris Canonici diſpoſitionē procedit, *Nauarrus de Excommunicat. Bullæ Cœnæ Domini cap. 27. nu. 71. verſ. Tertia Cardin. Toletus Inſtruct. Sacerdot. lib. 1. cap. 28 nu. 9 verſ. Aduerte.* Nam quidquid ſit circa vſurpationem fructuũ, de illis vti rebus proprijs diſponendo, de quo loquitur Bulla, quæ videtur Sacris Canonibus repugnare, vt vltra alios latè probat Ruin. *conſ. 156. lib. 4 in ſecũdo dubio*: Cuſtodia de qua nos agimus, iuri Canonico conformis eſt, quod iubet fructus ſucceſſori conſeruari Monacus *d. c. generali num. 9. verſ Sed numquid, & num. 14. verſ. Item* Anania *cap. cum veniſſent nu. 4. de inſtitutionibus, & vtrobiq; alij Canoniſtæ,* Planè *vſurpationis* verbum cuſtodiæ poteſt dici oppoſitum; nam illa in vitiũ vergit, & ſapit diſpoſitionem, ac effectus dominij occupati. Alex. de Næuo *cap. nimis, nu. 9. de iureiurando,* & appropriationē denotat, ac ſi ſui eſſent fructus, ac bona, vt in terminis *d cap. 17* Notat Cardin. Toletus *Compend. Summæ c. 28. in fine, & Inſtruct. Sacerdot. lib. 1. c. 29. nu. 7* Alterius *de Cenſuris diſput. 18. lib 5. cap 1. verſ. Vſurpant pag. 720.* Duardus *in Bullã Cœnæ lib. 2. Canone 17. q. 10. nu. 1.* & vſurpare eſt ſibi ſumere eos quaſi ius in illis habeat, *Vgolin. d. cap 17. nu. 4. & cap. 20. § 2. verſ. Necnon ſupremam num. 3. par. 2. tract. de Cenſuris Pontifici reſeruatis,* nec ſolũ appropriationem ſignificat, ſed etiam cum dolo, & animo præiudicandi illi, cuius res vſurpãtur, vt in terminis Bullæ plene probat Gloritius *reſponſo. 12. nu 25 ad* 30. hæc autem cuſtodia appropriationem excludit, nec cum ea ſe compatitur, & cum ad vtilitatem tendat ſucceſſoris, cui cuſtodita res à iure deſtinatur, nõ admittit allegationem doli, qui tamen in facto nõ præſumeretur, ſed eſſet probandus Gloritius *d. reſp. 12. nu. 30. ſeqq. & num. 35.* vt propterea hic caſus Bulla Cœnæ comprehenſus dici nequeat, maximè cũ antiquiſſima, & immemorabilis quaſi poſſeſſio huius cuſtodiæ probetur, ex qua tollitur omnis vſurpationis obiectio, vt latè per Gloritiũ *d. reſp. 12. nu. 66. ad* 70. Deinde & illud dici poteſt *d. cap. 17.* Bullæ Cœnæ Domini non habere locum in beneficiorum vacãtium fructibus, cum verba in illis nõ verificẽtur, nulla

existente

existente persona ad quam pertineant cum ipsa potius Ecclesia possidere fingatur, *vt per Viuianũ de Iurepatronatus lib. 7. c. 8. nu. 8.* quæ opinio fuit doctissimi Caietani in Summa *in verbo Excommunicatio cap. 27. versic. Tertio*, quem secutus est Cardin. Toletus *Instruct. Sacerdot. lib. 1. c. 29. nu. 6.* quorũ opinioni seruiunt Io. Andreas, Ancharanus, Francus, & Abbas Antiquus supra allegati, *versic. Non respicit. in fine.* Et licet nõ ignorem, aliud sentire Nauarrum, Alterium, Vgolinum, Duardũ, & Suarez, qui tenent, satis dici extare personam, ad quam pertineant, cũ successoris, nomine, & vice Oeconomus illos custodiat, attamen eorũ mratio nobis non nocet non explicantium, de quo Oeconomo sentiant, quæ Oeconomo etiam Regio optimè quadrat successori fructus conseruãti, vt propterea nihil in hoc obstet *d. c. 17.* Nec nocet verbum *sequestrant*; nam ille terminus nõ aptatur custodiæ, quæ conseruat fructus vero domino sine iudicij figura, & tantum abest, vt impediat, ne fructus ad manus Ecclesiasticorũ perueniant, vt potius administra eorũ sit, & eorum mandatis non repugnet; verbum enim *sequestrare* in Bulla iudicialem actum sapit, & præiudicialẽ Domino, *vt per Duardum d. Canone 17. q. 10. num. 2. Vgolin. d. c. 17. §. 2. vers. Vel etiam ante nu. 1. Alterium d. lib. 5. cap. 2. vers. Vel etiam, & vers. Sequestrant.*

Postremò nõ obstat, quod dicitur, consuetudinem præscriptã huius custodiæ non adesse in Statu Mediol. & Oeconomos Pontificios custodiæ reseruata, Ordinarios autem ad eorũ collationem spectantia beneficia custodire. Etenim ex adductis in facto plenè de ea constet, & innumera acta cumulari facilè possent, quæ nedum præscriptam adesse consuetudinem demonstrarent, quę quadraginta annorum spacio inducitur, *vt per glo. in cap. præsertim. §. Nisi, in verba Legitimè de offic. ordin. in 6. & post alios docet* Moneta *de Consuetutoribus cap. 7. nu. 468.* cum antiquam, longam, & inueteratam consuetudinem Canonistę pręscriptam vocent, vt aduertit Natta *cons. 431. num. 7.* Sed etiam concluderent immemorabilem. & de hac consuetudine testantur Bossius, & Marius Antoninus locis supra allegatis, dum per Oeconomum

mum testantur beneficiato in possessionem immitti. Nec in facto verũ probatur, quod dicitur de ordinariorũ Custodia & certũ est, Oeconomum Pontificiũ numquam custodiuisse reseruata, quin etiam Oeconomus Regius illa met custodiuerit, & Oeconomũ Regiũ plura custodiuisse, quæ Pontificius non custodiuit: patet id manifestè, quia plures fuere, qui Oeconomatũ per tempora Regio nomine sine auctoritate Pontificia administrauerunt, vt ex facto; nullus, qui sine Regia, cũ in ipso nascẽtis Pötificij Oeconomatus initio Regius Oeconomatus in eandẽ personam collatus sit; ideoq; plures actus reperiũtur Regio Ducali nomine celebrati per Oeconomos, nullus Pontificio tantũ. Neq; verò hac consuetudine excludere Pontificium Oeconomum voluerunt Mediolanen. Principes, sed ius suum conseruare: Sũmi verò Pontifices, ne duplicitas custodiæ subditis perturbationẽ, Ecclesijs iacturam, & incõmoda, successoribus in beneficio superfluas impensas afferret, quia duobus custodibus duæ prouisiones deberentur, vt aduertit Lapus *allegat.* 78. *nu.* 18. & ne præuentionis materia excitaretur, quæ in habentibus ius instituendi custodię præuentionẽ inducit, *vt per Lapum d. nu.* 18. & Principes sæculares sibi custodiam vti vicinioribus, & qui commodius, & validiori brachio Ecclesijs vacantibus, & illarum custodijs possunt occurrere, esse relinquendam, *iuxta Lapum d. nu.* 18 *in fine*, contenderent; quę contentiones sine quadam indignitate, ac incommodo publico sequi non posse videbantur id enixe peregerunt, vt hæc duo munera coalescerent in vnum, & per eandem personam vtroq; titulo, ac auctoritate excercerentur, vt aduertit Senatus in relatione 11. Septẽbris 1570. de qua in facti Summario. Quæ vnio, quemadmodum necessitatem non importauit iura hæc duo vniendi, & vnico actu semper exercendi, vt tradit Abbas *in cap. cum inter vniuersas per illum textum num.* 6. *de electione*, ideoque extant Picenardi Placita Ducali tantũ nomine edita etiam post Pontificij Oeconomatus diploma; ita cum posteriores Oeconomi actus Pontificio, Regioq; iure peregerunt, non miscuit potestates, nec alicuius earum naturam

mutauit,

mutauit, nec vniuit, ita vt quælibet vim suam non retineret, & in illo actu loco diuersarum personarum Oeconomi censerentur, vt aduertit Butrius *d. c. cum inter vniuersas num.* 11. 13. & 21.

Addendum huic capiti videtur, non posse Regios Ministros adduci, vt credant, ea per Sanctiss. Vrbanũ VIII. benignissimum patrem omnium Principum fore deneganda Catholico Regi, S. Matris Romanæ Ecclesiæ filio Primogenito, quæ alijs Principibus permittuntur. Plane ex supra allegatis auctoribus patet, eadem, aut non multum dissimilia iura per alios Principes exerceri. Nam omissa Gallia, Angliaque tunc cum Summo Pontifici fœlix parebat, Florentiæ possessionem non capi sine laicæ potestatis placito docet Angelus *d. cons.* 23. & alij illum secuti; & Vacantis Ecclesiæ custodiam penes laicos ibi remanere tradunt Speculator, Archidiaconus, Ancharanus, & alij, Parmæq; idem vigere ijdem tradunt. Venetijs in Dominio non haberi pro possessore, qui litteras Ducales non habet, & à Dominio possessionem tradi scribunt Monaldus *d. cons.* 109. *num.* 1. *lib.* 2. Peregrinus *d. lib.* 4. *variorum Iur. num.* 53. *vers. Aduerte. & d. decis.* 145. *num.* 17. 18. & Brunorus *d. vers. Princeps sæcularis, & vers. Princeps non possunt facere ordinationem.* vltra Ferrettum per eos allegatum locis supra recensitis. Vrbini eandem constitutionem, quæ Florentiæ extitisse, docet Vulpellus *de Libertate Ecclesiastica part.* 1. *num.* 23. & Regis, Imperatoris, Ducum Ferrariæ, Vrbini, & aliorum de facto seruari, vt consensus in possessione capienda obtineatur, testis est Mandosius *cons.* 55. *in fine*, Pedemontano, & Sabaudo in Ducatu Placitum obtineri, vacantes Ecclesias custodiri, Oeconomum constitui plene testantur Amedeus, Germonius, Thesauri locis allegatis, & Faber *definit.* 3. *C. de Prohibita sequestrat. & definit.* 53. *& in Addit. C. de fructibus, & Litium expensis.* Siculo, & Neapolitano in Regno Baiulos olim, mox illis tres ex melioribus, & fidelioribus viris locorum subrogatos, interdum Regium Præceptorem Prouinciæ vacantium Ecclesiarum bona custodire, scripserunt Follerius, Muta, Tapia locis supra adductis. De communi Principum obseruantia circa Placitum

testan-

testantur allegati in primo articulo, versic. Politicum. Ibi Proinde, & Cardinalis Albanus ex aduerso adductus. De custodia VVesembecius, Cuccus, Speculator, Hostiensis, & alij in hoc ipso articulo citati. Ita vt vix sit vlla Christiana Regio, in qua vel idem planè, quòd hic, vel non multum diuersa exerceantur. Nec exigui scandali timor iustus oriretur, si in hoc Dominio tot vicinis non satis in illud propensis reuocarentur hæc iura in dubium, hisce præsertim turbulentis temporibus, quibus, tot arma circumstrepunt, & cautius inuigilandum est eius conseruationi. Concludunt sanè Canonistæ ius circa beneficia laicis Principibus, etiamsi alias iustè non competere videretur, esse dimittendum, vbi in eo auferendo scandalum timeretur, *ita Io. Andreas in cap. 2. num. 7. versic. dicit. de Præbendis in 6. Cardinalis cons. 57. nu. 4. Io. Monacus d. cap. Licet num. 5. versic. Credo tamen, de Præbendis in 6 vbi Probus nu.* 10 vt de decimis scribit Aufrerius *ad Capellam Tholosanam decis.* 440.

Hæc autem omnia subijcio Sanctæ Matris Ecclesiæ numquam erranti censuræ, idq; pro non dicto, & non scripto haberi volo, quod ipsa minus rectè dictum, aut scriptũ existimauerit.



Ertium caput muneris Oeconomi Regij respicit examinationẽ omniũ Actorum Iudicium Ecclesiasticorum etiam extra beneficialia, quæ extra statutum concessa, mittenda sunt executioni in hoc statu, cum appositione Regij *exequatur*.

Hoc caput, immemorabili firmatum consuetudine, siue actum ipsum, siue finẽ spectemus, siue modũ, omni ex parte licitum esse videtur; quippe Oeconomus, quæ executioni mittenda sunt, Regia firmat auctoritate, quæ robur addit; quæ verò non putat executioni mittenda esse, Sũmo Pontifici summa reuerẽtia proponit cũ causis, rationib. quę cõtrarijs, & eius oraculũ exposcit, quo presistente in Decretis executioni mittũtur, & Summi Pontificis volũtati absolutè obtemperatur.

Examinationis actus omnino videtur licitus, cum non fiat auctoritatiuè, nec per modum iurisdictionis, nec in fraudem aliquorum; huncq; in litteris, Bullisq; Apostolicis permissum esse testantur Canonistæ etiam in Episcopo, quem, cum subditis sit omni ex parte, & in Sacra Hierarchia inferior ordine, statim debere obedire dicẽdum videatur: statutum enim factum ab Episcopo, vt nullæ litteræ Apostolicæ recipiantur, vel approbentur sine ipsius conscientia, & examinatione, valere, & solere fieri, docent Hostiensis *in c. cum ex eo. num. 1. ante medium*, vbi Io. Andreas. *num 2. & 4.* Butrius. *num. 9.* Abbas. *num. 7.* Zabarella. *num. 4. de Penitentijs, & remissionibus.* Henricus Bottæus *de Sinodo Episcopi, & Statutis Sinodalibus, parte 3. artic. 1. num 285. fol. 399. Tract. Venet. to. 13. parte 2.* nimirum quia non dicitur obedientiam, nec reuerentiam denegare Episcopus, qui superiorem monitorius ex iusta causa, & omni cum reuerentia executionem mandati eius suspensurus est, vt certior eius voluntas habeatur, qui, si incommoda præuidisset, litteras non fuisset concessurus; sufficit enim bonam rationem afferre non executi mandati, vt contumacia excludatur, & supersedentiam licita sit *c. si quando vbi DD. de rescriptis.* quam rationem ponderat post plures alios, quos allegat, in terminis Officialium Sæcularium Ceuallos. *commun. contra commun. qu. 897. num. 403. &*

 seqq.

seqq. Examinationem proinde Iudicibus Sæcularibus permissam esse ad bonum finem defendunt, Driedonius grauissimus Theologus *loco quem refert* Couartuuias. idem tenens *practicar. quæstionum. cap.* 35. *num.* 4. post plures Canonistas, & Theologos Boba dilla. *Politicorum. lib.* 2. *cap.* 18. *nu.* 208. *litt. C.* Alterius. *de Censuris. disputat.* 14. *lib.* 5. *cap.* 2. *versic. Notandũ est secundo.* Duardus *ad Bullam Cœnæ Dñi Canone.* 13. *q.* 5. *num.* 7. *versic. Adde quoque.* & optimè probat, Pacianus, *cons.* 164. *à num.* 46. *versic. Tertium exemplum ad versic. cum autem. nu.* 51. Ceuallos *d. q.* 897. *à nu.* 292. *ad* 413. vbi latissimè. Faber. *definit.* 9. *C. de SS. Ecclesijs.* Follerius. *in Constitut. Regni Neapolitani. Post mundi machinam. nu.* 103. *tit. de Nouo Federici Cod. componendo.* Muta *ad Constitutiones Regni Siciliæ, to.* 3. *c.* 22. *à num.* 1. *ad.* 18. Borellus *de Regis Catholici Præstantia. cap.* 50. *num.* 19. *cap.* 52. *num.* 4. Quod habet multò fortius locum, vbi id fiat de licentia, facultate, vel priuilegio à Sũmo Pontifice cõcesso, vt in plerisq; locis accidit, & Mediolani probat immemorabilis huius muneris vsus, & exercitiũ: excusari.n. ex hoc Principes impediẽtes executionẽ litterarũ Apostolicarum, & actorum Iudicium Ecclesiasticorum, non obstante Bulla Cœnæ Dñi, tradiderunt. Vgolinus *de Censuris Pontifici reseruatis, parte* 2. *cap.* 13. *versic. Quiuè illa simpliciter. num.* 3. *versic. item excommunicationem pag.* 327. Graffius. *Decision. Aurearum lib.* 4. *parte.* 1. *cap.* 18. *nu* 119. *&* 120. & Duardus. *d. Canone,* 13. *q.* 9. *nu.* 11. *&* *q.* 5. *num.* 7. *versic. Hæc Azorius.* Quod priuilegium, optimũ Reipubl. Cristianæ esse, si omnes Principes seculares obtinerent, ex Doctore Guerrero. Royas. et Cenedo obseruat Bobadilla *d. nu.* 208. *littera C. versic. & quod Reipubl.* Neq; hac examinationem negat Azorius, (qui vti contrariæ opinionis assertor allegatur à Duardo *d. Canone* 12. *q.* 5. *nu.* 1. *& seqq. ad* 7. & latissimè confutatur à Ceuallos. *d. q.* 897. *num.* 327. *& seqq.*) qui eam admittit, vbi dubium esse potest, an litteræ Pontificiæ sint, vel illius Iudicis Ecclesiastici, an sint subreptitiæ, & an derogent iuribus, quæ in contrariũ ab examinatore possunt afferri; & negat dumtaxat, vbi sumus in claris, vt aduertit Duardus. *d. qu.* 5. *num.* 6. Et licet Azorius velit, priuilegium ostendi debere

nec satis esse, quod allegetur: attamen eius opinio probationem, quæ per immemorabilem fit, non excludit; & si excluderet, non satis bene probata esset, cum non valeat argumentum, præscriptione quæri non potest iurisdictio, proinde nec consuetudine, ergo consuetudo non probat priuilegium, stante incapacitate: quia præscriptio, iuris proprij titulum ponit; allegatio priuilegij, titulum concessionis alienæ; & ideo incapacitas ex persona, & auctoritate propria non concludit incapacitatem ex priuilegio, & concessione Pontificis, vt in primo capite huius Oeconomatus demonstratum est.

Si finem spectemus huius Capitis plane is honestissimus, & Reipublicæ Christianæ videtur necessarius, nec Canonum decretis repugnans.

Primus finis, est, ne quid à Iudicib Ecclesiasticis, ipsoq; Sũmo Pontifice per importunitatem, aut ad falsas preces, erroneamq; suggestionem in facto eo prætextu tentetur, quod citrà Sacrorum Canonum dispositionem, & præter Ecclesiasticorum, Summiq; Pontificis mentem, statum prouinciæ, publicamq; quietem dominij sæcularis irreparabiliter perturbet, aut Principis auctoritatem, vel iurisdictionem diminuat, & hunc ponderat finem Driedonius *vbi supra versic. aut ex causa rationabili.* Couarruuias *d. num. 4. versic. sic etiam ibi, aut ex causa.* Follerius *d. num.* 103. Muta *d. c.* 22. *num.* 12. Pacianus *d. cons.* 164. *nu.* 49. & optime Faber *d. definit.* 9. *nu.* 6. *vbi Addit.* Borellus *d. cap.* 50. *nu.* 19.

ecundus est, ne quid contra Priuilegia ipsi Statui (vt puta cõtra Indultũ Leoninũ, ne subditi in prima instantia trahantur extra Statum) aut Regibus à Summis Pontificibus concessa, aut in derogationem Iurispatronatuum Regalium, aut laicorum, aut etiam contra Sacros Canones in Subditorum detrimentum sequatur, præter Summi Pontificis, & Ecclesiasticorũ mentẽ, quod non videtur permittendum impleri; etiamsi postea iudicio tolli possit; tum ne difficilius, & serius parentur remedia morbis, qui inualuere; tum ne subditi, ipseq; Princeps longis, grauibusq; litibus vexentur, & earum sumptibus exinaniantur, ita post Driedonium, Couar-

ruuias, & Follerius vbi supra, Pacianus. *d. num.* 49. & 50. Muta *d. cap.* 22. *nu.* 11. 12. & 14. Ceuallos. *d. q.* 897. *n.* 292. *seqq.* & 295. & *nu.* 316. 317. 322. *seqq.* Bobadilla *d. n.* 208.

Tertius est, & hic maximè fauorabilis Ecclesiasticis, vt, præueniendo sęcularium Magistratuum contentiones, iurisdictionalia dissidia salubri hac cautione euitentur, & Bullæ, litteræq; Apostolicæ, Actaque Ecclesiasticorum Iuidicum Regij Ministri Auctoritate firmata, executioni, maiori cũ robore, ac dignitate mittantur, & hunc se finem habere, & optimè implere Regij Oeconomi semper in alijs contentionibus testati sunt, quem Sacri Canones amplectuntur, vt tradunt Alteriur *d. disputat.* 14. *cap.* 2. *versic. Notandum est.* Duardus *d. canone* 13. *q* 5. *num.* 7. *versic. Adde quoque.*

Modus ipse, quo vtitur Oeconomus, omni ex parte honestus videtur, quippe, et si executio differatur, tñ nihil agitur per eum iudicialiter, nihil auctoritatiuè, nihil in vim iurisdictionis; sed vel ipse Summum Pontificem, vel Regius Legatus monitu Excellentissimi Gubernatoris certiorem de tota re facit causasque, & rationes proponit, quibus non expediat illud execution mitti; & si Summus Pontifiex persistat, executio non differtur: qui modus non ferit, aut minuit auctoritatem Summi Pontificis, quam Religiosissimus Rex noster totis suis iuribus tuetur, sed eruit certam eius voluntatem. Nam nec Summus Pontifex perturbare intendit Principũm sæcularium iurisdictionem, aut sibi adsciscere, *cap. nouit. in princip. vbi DD. de iudicijs, Nauarrus lib.* 5. *de sentent. excommunicat. cons.* 1. *nu.* 5. *versic. Sexto in fine. Farinac. cons.* 48. *num.* 14. nec intendit iuribus Patronatuum Regalium; vel laicorum priuatorum derogare; sed præsumitur circumuentes; nec concessa à se, suisuè Præcessoribus Priuilegia euertere, quæ vsque ad sanguinẽ præsumitur velle sustinere, vt tenetur teste *Nauarro cons.* 7. *n.* 3. *in fine lib.* 3. ita post alios latissimè Ceuallos *d. q.* 897. *n.* 340. *seqq.* & *n.* 356. *seqq.* Borellus *d. cap.* 52. *num.* 3. *seqq.* Pacianus *d. cons.* 164. *num.* 47. *seqq.* & *num.* 51. Et licet præsumatur Pontifex Summus, velle, sua mandata executioni sine dilatione mitti; hæc tamen præsumptio nõ est adeò violenta, vt examinationem impediat,

& dilationem executionis, vbi iusta causa adest, & ad ipsũ Summum Pontificem recurritur, suspensa, seu verius dilata executione, ad textus expressos *in d. cap. si quando. de rescriptis, cap. cum teneamur. de præbendis. c. rescripta. c. dicenti per totum* 25. *q.* 2. Hunc propterea modum non repugnare potestati Papæ, sed esse reuerentia plenum, & Sacris Canonum Decretis consonum demonstrant, Driedonius, & Couarruuias vbi suqra, Pacianus *d. cons.* 164. *nu.* 47. *seqq. &* 51. Bobadilla. *d. num.* 208. *cum glo.* C. Ceuallos *d. q.* 897. *nu.* 333. *ad* 338. *& num.* 403. *& seqq.* Muta. *d. cap.* 22. *nu.* 11. *ad* 16. Simancas *de Catholicis Institutionibus tit.* 45. *de Papa. num.* 34. *Tractat. Venetorum to.* 1. *parte* 2. *fol.* 178. & suauior hic modus, est quam per inhibitiones, & pœnalia iudicia, de quo Thesaurus Iunior *in Addit. ad decis.* 131. *Patris sui. versic. Immo. vnaquæq;* Hunc ideo Summi Pontifices permiserunt in Hispanijs, vbi Regia Audientia hoc exequitur, vt per Bobadillam, & Ceuallos vbi supra; in Regno Siciliæ, vbi per Consilium instante Fisci Patrono Bullis Proregi præsentatis, vt per Mutam *d. to.* 3. *cap.* 22. *& cap.* 76. in Regno Neapolitano, in vbi hoc fit per Capellanum maiorem Proregis, vt per Follerium, & Borellum vbi supra, & Grassum *de effectib. Clericat, effectu.* 1. *num.* 115.; in Ducatu Sabaudiæ, & Pedemontano, vt per Fabrum vbi supra, *& tit. C. de SS. Ecclesijs.* & Statu Veneto, in quo Bullę diriguntur ad Relatorem à Serenissimo Dominio deputatum, vt per Ferretum *cons.* 7. *num.* 13. *in fine.* & in Statu Mediolani, vt ex narratis in facto, & testatur Menochius *d. tract. manu scripto. de Iurisdictione. cap.* 29. *versic. Cum vero* & Pacianus *in casu controuersiæ huius status consuluit dicto cons.* 164.

Non obstat his *cap. quoniam de Immunit Ecclesiæ*, cum doctrina Lapi *allega.* 92. *num.* 4. & Bossij *de Princip. nu.* 218. quæ per Ecclesiasticos opponuntur.

Respondetur enim, hæc ad nostrũ casum non pertinere, quæ loquuntur de prohibitione impetrationis literarũ Apostolicarum, & Euocatione ad forum laicum per vias illicitas causarum ad forum Ecclesiasticorum verè, & propriè spectantium, quo etiam tendit caput 14. Bullæ in Cœna Domini,

mini, nam tale quid Oeconomus non molitur.

Non obstat caput 13. Bullæ in Cœna Domini,

Nam primo respondetur, non habere locum eius dispositionem stante fine Canonico Oeconomi supra expresso versic. *Tertius est*, vt per Alterium, & Duardum ibi allegatos.

Secundo, non habere locum, stante modo supra narrato; nam cum nihil auctoritatiuè agatur, vel ad finem vsurpandæ iurisdictionis super litteris Apostolicis, & iudicum Ecclesiasticorum actis, cessat dispositio Bullę, quæ inducta est ad exclusionem huius auctoritatis, vt per Nauarrum *lib. 5. tit. de sententia excommunicationis. cons. 29. num. 3. versic. Tertio principaliter*, ideo si Princeps sæcularis, vt priuata persona impediat, non in vim superioritatis, dicitur nō incurrere excommunicationem dicti capitis decimitertij à Duarod *d. Canone 13. q. 3. nu. 10. versic. Ad secundum.* cui non contradicunt, qui asserunt priuatas etiam personas comprehændi d. Canone 13. quia intelliguntur de priuatis cooperantibus volenti acquirere auctoritatem illam, & exercenti superioritatem, vt etiam ijdem dicunt de Ecclesiasticis Consiliarijs Principum sæcularium, Mens enim, & finis agentis, & ipsius Bullæ attenditur in decisione, an impediens incidat in excommunicationem dicti Canonis. *Nauarrus. d. cons. 29. num. 1. & vlt. & lib. pri. tit. de Constitutionibus. cons. 1. num. 55.* Ideò, cum non auctoritatis propriæ titulò, sed vt ad Sanctissimum confugiatur, & ei status verus narretur negotij, & exponantur, quæ sequi possent iuri contraria, executio differtur, nō committitur pęna dicti Canonis, vt patet etiam ex Canone decimoquarto, vbi tollitur solum prætextus, nec excommunicatione feriuntur grauiora eo capite contenta perpetrantes, si supplicationes prosequantur legitimè coram Sanctissimo, vt ponderat etiam Nauarrus. *d. cons. 29. num. 2. versic. Tum quia appellantes.* Ceuallos. *dicta quæst. 897. num. 463.*

Respondetur tertio, non habere locum Bullam, vbi iusta causa est executionis differendæ, nam cum mandatum Summi Pontificis executioni mittendum non sit, sed ei sit rescribendum, vbi scandalum timetur, vel perturbatio publica,

vel

vel Ecclesiæ, vel malum venturum, vel præsumitur malè informatus, vel concessisse per importunitatem, *vt per Petrum de Bayso Directorij electionum. par 2. cap. 4 num. 3. & seqq. Tract. Venet. to. 15. par. pri. fol. 387. Simanc. is. d. tit. 45. num. 34. Menochium. cons. 675. num. 12. cons. 1000. num. 96. Enriquez. cons. 9. n. 26. 27.* quia mens talis Summi Pontificis esse præsumitur, *ex d. c. si quando d. c. cũ teneamur. d. c. rescripta. & d. dicenti.* planè sequitur eũ qui re vera iustam causam se habere putat contra dicendi executioni in Bullam Cœnæ non inicidere, *vt per Nauarrum. d. cons. 29. nu. 2. versic. Tum quia appellantes. & versic. Tum quia etiam litteris, Duardum, d. Canone. 13. q. 9. nu. 14.* Patet id ex clausulis d. Canonis, ibi, *præsexentes friuolam quãdam appellationem.* & ibi, *capiunt, percutiunt, vulnerant &c.* & ibi, *prohibere &c. retinere præsumunt.* quæ omnes clausulæ significant dolum, violentiam de facto, & iniustitiam, qua ratione iustam causam impediendi, ne quis à Summo Pontifice impetret litteras excusare à dicta excommunicatione docet Vgolinus. *d. cap. 13. vers. Quinè alias. num. 1. vers. Excipitur, & vers. Postremò. pag. mihi* 331. & de appellatione iusta non friuola tradit Sayrus. *Thesauri casuum Conscientiæ lib. 3. cap. 17. num.*

Vt propterea cum nec Oeconomus ipse impediat, nec contradicat, nisi vbi iustam causam vidit, ipsius Summi Pontificis præsumptæ menti consonam, non sit dicendus Bullæ Cœnæ Dominini contrauenire.

Hæc omnia iussu S. Exc. Senatusq; Excellen. pro veritatis dilucidatione exarata, Sanctissimum Vrbanum VIII. paterno oculo inspecturũ, & æqui, boniq; consulturum fore sperãdum est, &, rei veritate plenius intellecta, Regi nostro Religiosissimo, Sanctæ Apostolicæ Sedis Primogenito, nihil eorum abrogaturum, quæ per anteacta sæcula eius Præcessores tam legitimè exercuerunt: quæ, vt me ipsum, meaq; omnia Sanctæ Sedis, Sanctissimiq; Pontificis censuræ lubens, volensq; quam humillime Sanctissimos pedes osculatus subijcio, id pro nõ dicto, & pro nõ scripto habiturus, quod ipse minus rectè dictũ, aut scriptũ esse existimauerit.

Marcus Antonius Montius Reg. Ducalisque Senator in Statu Mediolani

vel Ecclesiæ, vel malam ventilatam, vel præsumitur male informatus, vel concessit per inadvertentiam, ut per *Petrum de Basyso Dn.* [illegible] 4. *num.* 1. *in fine. Tract.* [illegible] *fol.* 87. *Sanctus.* [illegible] *num.* 54. *Menochium* [illegible] 1300. *num.* 95. *Emptorq. cons.* 9. *n.* 20. 27. quo casu talis Summi Pontificis esse præsumitur, [illegible] *subscripta.* & d. [illegible] planè sequitur [illegible] vera iustam causam se habere putat contra discendi [illegible] in Bullam Cœnæ non incidere, *ut per Navarrum d. cap.* 29. *n.* 2. *vers. Tum quia* [illegible] *quia* [illegible], [illegible] 13. *q.* 9. *nu.* 14. [illegible] ex clausulis d. Canonis, [illegible], præsentim, [illegible] *præsumant*, quæ omnes clausulæ [illegible] violentiam de facto, & iniustitiam, [illegible] iustam causam impediendi, nequit à Summo Pontifice [illegible] litteras excusare à dicta excommunicatione [illegible] *d. cap.* 15. *vers.* [illegible] 231. & de appellatione [illegible] tradit Sayrus *Thesauri casuum Conscientiæ lib.* 2. *cap.* 17. *num.*

Vt propterea cum hoc Oeconomus [illegible], nec contradicat nisi ubi iustam causam vidit, ipsius Summi Pontificis [illegible] mente [illegible], non sit dicendus Bullæ Cœnæ Domini contrauentor.

Hæc omnia iuxta S. Exc. Senatusq; Excellen. pro veritatis dilucidatione exarata, Sanctissimum Vrbanum VIII. paternis oculis inspecturū, & [illegible] consultorum fore [illegible] Regi nostro [illegible] Sanctæ Apostolicæ Sedis Primogenito, [illegible] per [illegible] tam legitime [illegible], quæ, ut [illegible] ipsum, meq; omnia Sanctæ Sedis, Sanctissimiq; Pontificis censuræ [illegible] voluntatiq; [illegible] subiicio, [illegible] ipse minus [illegible], aut [illegible].

Marcus Antonius Mentius Reg. Ducalisque Senator in Statu Mediolani.